

**Dispensatorium regium et electorale Borusso-Brandenburgicum, : juxta
quod in provinciis regiis et electoralibus, medicamenta officinis familiaria
dispensanda & praeparanda, / auspiciis Sacrae Regiae Majestatis Prussiae,
&c.; &c.; &c.; Collegii Medici Regii curâ & operâ iteratò editum, revisum,
emendatum & auctum.**

Publication/Creation

Berolini : Sumptibus Johannis Andreae Rudigeri, bibliopolae, MDCCXIII. [1713]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/ck4d3qe4>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



C. C. d. #

H
14



The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark

PHARMACOPOEIAS,
Prussia

66255/18

VIII.3

DISPENSATORIUM
REGIUM ET
ELECTORALE
BORUSSO-BRAN-
DENBURGICUM,

ROYAL MEDICAL
 SOCIETY OF LONDON

Juxta quod

IN

PROVINCIIS REGIIS ET
ELECTORALIBUS,

Medicamenta Officinis familia-
 ria dispensanda & præparanda,

Auspiciis

SACRÆ REGIÆ MAJESTA-
TIS PRUSSIÆ,
 &c. &c. &c.

Collegii Medici Regii curâ &
 operâ iteratò editum, revisum,
 emendatum & auctum.

CUM GRATIA ET PRIVILEGIO.

BEROLINI,

Sumptibus JOHANNIS ANDREÆ RUDIGERI, Bibliopolæ.
 M D CC XIII.

SERENISSIMO ATQUE PO-
TENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO
WILHELMO,

Dei Gratiâ Regi Borussiæ,

Marggravio Brandenburgensi, Sacri Romani Imperii Archi-Camerario & Principi Electori, Supremo Principi Arausionensi, Neo-Castellensi & Valangiæ, Magdeburgi, Cliviæ, Juliaci, Montium, Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum, Vandolorum & Megapolis, nec non in Silesiâ Crosnæ Duci, Burggravio Norimbergensi, Principi Halberstadii, Mindæ, Camini, Vandaliæ, Sverini, Ratzeburgi & Mursii, Comiti Hohenzolleræ, Ruppini, Marcæ, Ravensbergi, Hohensteini, Tecklenburgi, Lingæ, Sverini, Buræ, Leerdami, Marchioni Vehræ & Vlissingæ, Domino, Ravensteinii, Rostochii, Stargardæ, Lauenburgi, Bütoviae, Arleyæ & Bredæ, &c. &c. &c.

DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO.



SERENISSIME ATQUE POTENTIS-
SIME REX,
DOMINE CLEMENTISSIME.



Quod Marcus Tullius Ci-
cero, non Romanæ tantum
Eloquentiæ Princeps, sed &
Patriæ olim Pater dictus, Cajo
Julio Cæsari, sibi amicissimo, ad Romani Imperii fastigium per arma, per bella feliciter
gesta, per Victorias & Triumphos virtute
laudabiliter grassanti, insinuasse fertur: Homines, Principes præsertim ac Reges, Dii
ill

illi terreni, ut Divinæ Majestatis quadante-
nus participes, sic Bonitatis Optimæ Maxi-
mæ Lucida quasi specula, typos & imagines
esse debere, nec ullâ re magis ad DEUM, bo-
nitatis omnis fontem unicum & in exhau-
stum propriùs accedere, quām salute & pro-
speritate hominibus sibi subjectis dandâ,
tuendâ & conservandâ.

Quæ ratio, quæ intentio, sanè divinis-
sima, fuit Legis Duodecim Tabularum, quæ
basis olim ac fundamentum surgentis ac
emergentis Imperii Romani fuit ; Quâ re-
ligiosè observatâ Romana Respublica floruit,
& ad summum Majestatis & Potentiæ cul-
men ac fastigium ascendit & eluctata est ;
quâ post habitâ à pristinâ illa potentiâ, splen-
dore & amplitudine, ad quas non angustias
recidit & redacta est ; hæc inquam earum
summa, caput & primordium fuit : Salus
Populi suprema lex esto.

Largire Rex, uti Potentissime, sic Cle-
mentissime, ut idem & Tibi humillimâ ani-
mi submissione ac subjectissimâ devotione,
dum Avitarum, ut Gloriæ ac Virtutum, sic
Paterni Regni & Coronæ Regiæ ex alle Hæ-
b 2 res,

res, Thronum Paternum fausto omne inter vota & Jubila fidelissimorum Tibi & devotissimorum subjectorum scandis, suppliciter ingeminemus ac ardentissimis suspiriis ac votis a supremo Rerum humanarum Arbitro, bonique omnis Largitore Optimo Maximo efflictim exoremus, ut gressus Tuos omnes ad Nominis sui Divini, Tuique Gloriam sempiternam, ad Regni Tui ac Throni semper Augusti incrementum juge ac perpetuum, ad florem ac splendorem neutiquam marcescentem, sed stabilem, faustum, ac indesinenter gloriosum, Oculo suae Providentiæ Omnipotens, Consilio imperscrutabili ac Omnipotentissimâ Manu Clementer dirigat ac Paternè gubernet, ne unquam, nec usquam ad ullius mali radicem offendant, nedum impingant, aut ullatenus cæspitent; Sed Populi Tui ac subditorum salutem, indissolubili nexu Gloriæ Tuæ ac Prosperitati Regiæ maritatem, tanquam scopum unicè sibi propositum, ac supremam quasi legem, semper curæ habeant ac cordi.

Salutis hujus, tam Publicæ, quam privatæ ac Prosperitatis omnigenæ, si non præcipua,

cipua, saltem non postrema pars, præter
mentis & animæ salutem æternam, Corpo-
ris quoque sanitas est, inter omnia prosperi-
tatis temporariæ Cimelia primarium, ac
quām maximè desiderandum atque præ-
optandum bonum.

Illa à Divinâ Gratiâ precibus ac suspi-
riis devotissimis indesinenter expetenda,
hæc præterea Tuæ, Rex Serenissime ac Po-
tentissime, Clementiæ, Curæ ac Tutelæ sub-
jectissimâ devotione sedulò & sollicitè re-
commendanda.

Huic salutari fini ac scopo nimirum,
hoc, quicquid est opusculi, ab ipso primor-
dio destinatum, hâc intentione, ante hos
quatuordecim & quod excurrit annos, sub
Auspiciis Serenissimæ Regiæ Tuæ Majesta-
tis, Parentis ac Prædecessoris, ut Beatissimi
sic Gloriosissimi, typis evulgatum & Majesta-
ti Ejus Regiæ consecratum, ac ab Eâdem Cle-
mentissimè susceptum, lucem primò vidit,
atque Potentissimè confirmatum hactenus
in Regiis & Electoralibus provinciis sub Dis-
pensatorii Brandenburgici nomine viguit.

Verùm paucorum illorum annorum
de cursu exemplaria ejus, typis tum expressa,
ad unum omnia distracta sunt & consumta,
dilucido satis argumento, vino, ut in pro-
verbio est, vendibili suspensa non opus fuisse
hederâ : Iterata igitur ejusdem editio à plu-
rimis, tam exteris quam indigenis expetita,
monentibus insuper & urgentibus hinc in-
de Bibliopolis, auctario aliquali locupletior
& emendatior, Titulo præterea Regio, bea-
tissimæ denatæ Regiæ Suæ Majestatis man-
dato, Dispensatorii Regii & Electoralis, Bo-
russo-Brandenburgici, splendidior, Colle-
gio Medico Regio sedulò curante, ejusdem,
qui prioris fuerat, authoris studio & labore
prælum denuò subiit. Tandemque nunc
de novo quasi renatum, & a prælo adhuc
penè gemens, ad genua Serenissimæ Tuæ
Majestatis, sub ipso Regni Tui Augustissimi
auspicio supplex provolutum, Gratiæ Tuæ
ac Clementiæ Potentissimæ humillimâ de-
votione se quam subiectissime præsentat ac
commendat.

Tuæ igitur Serenissime ac Potentissi-
me Rex Protectioni Regiæ illud animo simul
submississimo ac devotissimo dicamus ac con-
secramus

secramus, enixè rogantes, Majestas Tua Re-gia illam tanquam fruticem Edicti ac Con-stitutionis Medicinalis, atque partem Legis Publicæ, Clementissimè susceptam, Regiâ suâ Authoritate tueri ac protegere velit, quò tandem abusus hinc inde observati tol-lantur, nec cuique impunè liceat, temerario & impudenti conatu, ac intempestivâ ope-râ, noxiisque pharmaciis in viscera proximi ac Reipublicæ sœvire, omnium potius ac sin-gulorum incolumitas, rite præscriptis ac præparatis remediis, sartatectaque servetur.

Quod dum eo nomine summo cum de-siderio expetimus, Majestatis Tuæ Regiæ pretiosissimam Salutem Omnipotentissimo atque Sapientissimo Animæ pariter Cor-porisque Medico Summo, DÉO ter Opti-mo Maximo ardentissimis suspiriis, precibus ac Votis sollicitè commendamus.

Dignare Rex Potentissime ac Clemen-tissime illud humillimè Majestati Tuæ Re-giæ oblatum, dicatum & consecratum Vul-tu Tuo Regio & Aspectu usque quaque Be-nigno atque Sereno. Simulque Gratiâ Tuâ Regiâ ac Clementiâ illud, cumque illo

pariter id ipsum cum omnigenæ Prosperi-
tatis Regiæ jugiter apprimè florentis, nec
unquam in seculorum secula labascentis,
voto devotissimo humillimè ac suppliciter
offerens, Clementissimè amplectere,

**SERENISSIME ATQUE POTENTIS-
SIME REX,**
DOMINE CLEMENTISSIME
MAJESTATIS TUÆ REGIÆ.

Subiectissimum atque devo-
tissimum

Collegium Medicum Regium
ac una

Humillimè devotum Vice-Decanum
Emeritum, Octogenario majorem.

AUCTOR.

A U C T O R.

Lectori Benevolo Salutem.

Ditum anno millesimo sexcentesimo, nonagesimo octavo Dispensatorium Brandenburgicum, tunc ita denominatum, haec tenus in terris Marchicis viguit. Quæ ejus edendi causa & occasio fuerit, post tot alia sati egregia, imò forte præstantiora, quæ dudum jam lucem viderunt, ac etiamnum in plurimorum manibus versantur, novum aliquot superaddendi, pluribus in præfatione illi præfixâ expositum.

Data nimirum Serenissimo ac Potentissimo, Sceptra paulò ante tenenti Electoralia, Domino FRIDERICO WILHELMO, Magno, meritissimè sic cognominato, Beatissimæ, simulque Gloriosissimæ memoriæ, Principi ac Domino nostro, dum vixit, Clementissimo, ansa, eò, quod plurimi ab Empiricis procacibus exiguo temporis spatio ad plures temerario prorsus ausu missi fuissent, & illos inter præcipue Nobilis, quidam admodum adhuc juvenis, è primariis Aulæ Electoralis assecclis, magni æstimatus, Generosorum ac opulentissimorum Borussiæ Nobilium unigenitus, magnæ spei filius ac unicus hæres, ptyalismo Mercuriali inopinatò extinctus; Artifex præterea aulæs coriaceis inaurandis excellens, eoque nomine Principi suo valde charus, à Chirurgo Germano, falcem in alienam messem immittente, cathartico violento præproperè enectus; Civis tandem ordinis non postremi à Pharmacopœo temerario drausto simul & emetico, plusquam septuaginta vomitibus & dejectionibus è vivis derepente sublatus; Quò effreni huic temeritati & immani trucidandi libidini frena injicerentur, Collegium Medicum, publico summè proficuum ac salutare, imò apprimè necessarium constituere, ac laudatissimo prorsus instituto temerariis ejusmodi Empiricis certos, quibus effrenis illorum libido coerceri possit, carceres præfigere, promulgato Edicto Medicinali, Pharmacopolas præsertim etiam ad præstandum peculiare juramentum obligare, Princeps Optimus, statuit.

Hi verò obliuctari cæperunt, & quadriennium integrum, spisso Actorum volumine teste, continuarunt; Tandem exceptionibus variis, parùm proficientibus, hunc obicem obtrudere tentarunt: Non posse se juramentum istud (utut in se æquissimum) salvâ Conscientiâ, nisi peculiari dispensatorio edito, quo, quid ipsis agendum pateret,

præstare. Unde, quò & hæc sicutneā quantocuyus removeretur remora, Vice tunc Decanus Collegii consulto Excellentissimo Domino Præside & inito cum Dominis Collegis Consilio hunc Dispensatorii concinnandi laborem suscipere coactus quasi fuit, & cum res nimis jam diu protracta diuturniore moram non ferret, sed maturatò opus esset, collectis Symbolis & compendis factâ, quantum licebat, operâ, illud qualecunque Dispensatorium, aut Dispensatorii potius aliquod saltem Schema aut Compendium, deproperavit. Inde factum, quòd festinatio, errorum, ut audit, fœcunda mater, mendoſam aliquatenus pepererit natam, nævis nimirum quibusdam, haud adeò magni momenti, aliquatenus deformem, quæ malevolis ansa fuit, Theoninos in illam acuendi dentes: His tamen non obstantibus, utpote plerisque mox ab editione animadversis, ac quâ majorem partem, teste erratorum catalogo calci annexo (utut hoc ipso, typothetarum incuriam arguente, mendoso) propere notatis, ac ad emendandum Lectoribus per annum folium commendatis, procos illa suos sat numerosos invenit: Adeò, ut quatuordecim ab editione annis ad unum universim omnia ejus distracta sint exemplaria, ac ne unicum quidem reliquum, quod illi revidendæ servire potuisset, repertum. Quare multis iteratam editionem postulantibus & svadentibus, Bibliopolis præsertim dudum jam monentibus, illo præcipue, qui jus illud edendi titulo acquisiverat oneroſo, identidem urgente, Superioribus etiam Clementissimè annuentibus, statutum prælo illud denuò subjcere.

Congruum autem & conveniens Collegio Medico Regio visum, negotium hoc ob styli conformitatem illi, qui prioris concinnator fueraſt, rursus committere, Octogenario licet nunc majori, & dudum jam depontano, ac decrepito Emerito. Deesse quidem & refragari, viribus utut ingenii & memoriarum ob senium adeò proiectum, haud parum fatiscentibus, ille noluit, nec humeros, oneri isti ferendo vix pares, omnino subtrahere commodè satis potuit.

Sed miraberis forſan, quod cum prioris, festinatione præ memoriatâ id jubente, editionis institutum ex parte fuerit, immensam medicaminum farraginem in pristinis & hodiernis quibusdam Dispensatoriis obviam, aliquousque & quantum per rationes, haud omnino evanidas, licuit contrahere, hâc iteratâ eorundem numerum augeri magis, quâm minui, & quidem ferè nimium deprehendas; Sed cogites velim variato rerum ipsarum & circumstantiarum statu, variandas quoque agendorum fuisse rationes.

Num æquum censes ac ratum, quod universa Orbis terrarum superficie nativum est & solenne, ut in horas ferè mutetur, ac aliam atque aliam quadantenus induat faciem dum ejus indigenæ jugiter creſcunt & decrescunt, minuuntur & augescunt, nascuntur & denascuntur, id ab Hygieines nostro Gazophylacio alienum esse præsumas. Mutatis subinde ægrotantium & ægritudinum moribus & motibus, mutanda

da & varianda s̄epius, augenda quoque & minuenda quandoque pro re natâ remedia esse in propatulo est.

In eodem s̄epenumero morbo & affectu, præsertim diuturno, quanta ægrorum continuata diutiùs eadem medicamenta, recusantium, nauseantium & respuentium pertinacia? Quanta ejusdem morbi iterata s̄epius & identidem eadem ingesta medicamina floccipendentis pervicacia? Quid h̄ic, quamlibet habilis & apprimè solers agat Medicus remediorum ubertate & varietate destitutus? Varietas uti deleat ægrum, sic decet prudentem & solerterem Medicum semper in eādem non oberrare chordā, Aristarchorum nonnullorum more, in eādem pice debitò diutiùs h̄arentium.

Idem quandoque morbus quot symptomatum, quot incidentium & coincidentium alit myriades, quot indicantium, coindicantium & contraindicantium induit variationes, quām miras, omnium propè indicationum priorum scopum intervertentes, tam in morbis, quām in ægris parit metamorphoses. Eadem, quæ ante juverunt, nunc repudiantes ægroti, quæ alias placuerunt, nunc averfantes, quæ optimè egerunt, nunc fastidientes & detrectantes, Medicum licet solertiſſimum & sagaciſſimum ad cambienda s̄epiūs remediorum genera, & ordinanda subinde & excogitanda nonnunquam nova, quandoque commodiora, gratiora, validiora, nisi ad incitas redigi amet, adigunt & quaſi coērcent: Ubertate igitur ipſi & decorā illorum varietate opus est.

Hāc nimirum ratione antiquantur cum tempore priora, obſoleſcunt s̄epiūsculē ſatis commoda, ſalutaria & efficacia, emergunt nova, eruuntur ab ingenioſis & induſtriis, ac in lucem protrahuntur non minūs, ſed s̄epenumero magis congrua, ſalubria & valida, quæ temni, omnimodè ſupprimi & perpetuo silentio rursus mergi, publicæ damnoſum foret utilitati.

Concedes ergo tempori ſerviendum quandoque & neceſſitati. Immani geniorum & ingeniorum ſibimet indulgentium, hinc & judiciorum diſſonæ & discordi diſcrepantiæ aliquatenus cedendum & concedendum. Multoque magis, ut temporum ac morum, ſic & morborum & morbidorum viſiſtudinibus ſ̄epenumero obſecundandum eſſe.

Vitio itaque & mihi, Lector benevole, haud vertes, ſi & in hoc meo labore quid alicubi tibi occurrerit, quod minus arrideat; Sicubi forte Velitem in ſtatione aut peltatum offendere, Herculeo aut giganteo malo oppofitum, ubi nimirum Heroēm aut gravioris faltem armaturæ militem veteranum expectaras. Omnibus idem de eodem non eſſt ſenſus aut judicium. Suum cuique pulchrum, utut alteri fortaffe deformē; Omnibus autem placere, aut ſingulis ex aſſe ſatisfacere extra humanam poſitum eſt ſortem. In arduis & alieno arbitrio ſitis, aut ſupra facultatem noſtrām ac vires poſitiſ & voluiſſe quandoque fat eſt.

Hinc nimirum optimâ intentione, Collegio Medico Regio & Rei Medicæ benè volentium, in priori editione factum, quod fundamenta Collegii saluberrimo fine & scopo instituti, Edictum puta & Statutum Medicinalia, ut & mandata quædam Superiorum p̄cipua Dispensatorio priori præmissa ac typis annexa fuerint; Eodem quoque fine & scopo, indulgente insuper Serenissimo, Elucidatio articuli sexti Constitutionis Medicinalis, arcana medicamenta concernens, huic iteratæ editioni, superpondii quasi loco, adjuncta. Longè verò ab hâc diversâ unius alteriusve, de Collegii Regii existimatione & re ipsâ Medicâ non æquè dextrè merentis, quorum Ergon polytrilleton illud vulgare, semper tibi pendeat hamus, ratio fuit & institutum, qui suggestionibus suis speciosis, sed sinistris, ansam dederunt farragini plurimum extractorum è mandatis Regiis excependorum, & prioribus illis annexendorum, inutili planè superfluæ.

Quæ nullitatis tam in contextu, quam annexo catalogo plerisq; præfixæ ratio? Expensarum nimirum minus necessiarum parsimonia, compendiosis oppidorum minorum officinis congrua.

Quæ Styli identidem intercurrentis hiulci, ac in technicis quandoque Barbariem sapientis, causa? Ignorantia nempe puritatis Latinæ, plerisque illorum, quibus cum nobis res est, familiaris; & quæ præterea priori præfatione ex parte monita, aut hâc fortè monenda adhuc fuissent, illuc exposita, ne crambe bis cocta, Lectori benevolo nauseam pariat, gratis hâc haud recapitulanda.

Patere igitur, Benevole Lector, ut uno tantum aut altero verbo, totius, ut operis sic in illo navatae operæ, summam ac rationem superaddam.

Habes nimirum hâc Dispensatorium, à priori Brandenburgico renatum, Regium & Electorale Brandenburgicum, non absque indultu & Clementissimo Regiæ Suæ Majestatis, pientissimè nuper, eheu! denatae mandato, titulo hoc donatum, iteratò editum, revisum emendatum ac auctario aliquali ditatum.

Eliminatæ & exauctoratæ ex illarum, quæ priori editione continebantur, præscriptionum numero, quædam, sed paucæ admodum; Emendatæ & à na-vis, qui occurrerunt, à superfluis ac minus necessariis mundatae nonnullæ, additæ & supererogatæ aliæ, & fortè, quam initio putaram, plures. Fruere ergò, si lubet, his nostris benevolè, quæ scis meliora imperti; de cætero labori huic nostro benignè fave, pancratice Vive ac Vale.

TENOR

TENOR EDICTI MEDICINALIS.



RIDERICUS WILHELMUS,

DEI Gratiâ, Marchio Brandenburgicus, Sac. Romani Imperii Archi-Camerarius & Elector, Prussiæ, Magdeburgi, Juliæ, Cliviæ, Montium, Stettini Pomeraniae, Cassubiæ & Vandalorum, ut & in Silesiâ, Croſnæ & Jägerdoſſi. Dux, Burggrafius Noribergæ, Princeps Halberstadii, Mindæ & Camini, Comes Hohenzolleræ, Marcæ & Ravensbergi, Dominus Ravenſteini, ac terrarum Lauenburgi & Butoviæ, &c. &c. &c. Notum his facimus omnibus & singulis, cum quotidiana testetur experientia, quâ ratione passim tam in civitatibus, quam extra illas ruri, circa præparationem ac distributionem medicamentorum, ut & curationem ægrovrum plurimi, iique summè periculosi abusus invaluerint, quibus non modò ars illa nobilis Medicinæ, à DEO hominibus in commodum ac ad conservationem singulorum revelata, in contemtum ac vilipendium lapsa, sed & perquam multi non tantùm sanitatis, verùm & Vitæ jacturam patiuntur. Necessarium proinde duximus, ataxiæ huic ac abusibus salutari statuto, quantum fieri potest, obicem ponere; Scopo itaq; huic utilissimo assequendo, ac testandæ paternæ pro subditorum nostrorum salute sollicitudini nihil magis congruum & è re fore censuimus, quàm ut Collegium aliquod Medicum in hâc Metropoli, stabiliremus, illique tam defectuum illorum & excessuum emendationem, quàm accuratam curam Rei medicæ ac sollicitam animadversionem in omnes ad illam spectantes, nimirum Pharmacopolas, Chirurgos, Tonfores, obstetrics, Ophthalmicos, Hernio-ac Lithotomos, Balneatores, & similes tenore statutorum ac punctorum sequentium committeremus ac delegaremus.

I. Formandum est præcipue & componendum hoc Collegium Medicum Electorale. (1) è præsentibus hâc Berolini Consiliariis reilibus, Archiatris, ut & Aulæ nostræ Medicis. (2) è Medicis ambobus Ordinariis Medicæ Facultatis, quæ Francofurti est ad Viadrum, Professoribus; Quibus porrò conceditur alios in terris nostris Medicos, Physicos præsertim primiarum civitatum, ratione habitâ qualitatum illorum, eruditioñis ac experientiæ in Collegas aut Adjunctos Collegii suscipere, illique incorporare.

II. Ut Collegium hoc tantò majori autoritate ac potestate polleat in administrandis functionibns suis, quandam è Consilio nostro secretiori Præsidem hujus Collegii constituemus & adjungemus, qui quoties opus ac rei gravitas postulat, Consilio ipsi ac ope assistat, ac desideria illius nobis proponat, & consilia Collegarum ad salutem publicam dirigat.

III. Porrò eligendus à Medicis ad Collegium hoc spectantibus Decanus, ut & Vice-Decanus, qui in congressibus ac deliberationibus

directorem agat, quoties res exigit Collegium convocet, puncta delibera-
randa proponat, protocollum acta & libros, ut & sigillum, quod Col-
legio daturi sumus, asservet, & quicquid ē re Collegii est & ad con-
servationem ejus spectat, observet & procuret.

IV. Collegio itaque hoc sic stabilito, ubi illud Confessus suos ha-
bere cāperit, omnes & singuli Medici præsentes aut futuri, qui in Mar-
chiā nostrā Brandenburgicā cis ac ultra Viadrum & Albim praxin
modò exercent, aut imposterum exercere præsument, tenebuntur in-
tra certum tempus aut scripto aut præsentes Collegio huic sese offer-
re, rem aut propositum illud suum eidem exponere, Testimonia quæ
habent, publica producere aut aliàs decenter, cur ad Praxin admit-
tendi, docere, quò Collegium de admissione illorum aut capacitate
ritè decernere possit. Absque Collegii approbatione verò & impe-
ratâ permissione, recens advenientes à curando penitus abstineant ne-
cessē est, nī feriam & inevitabilem incurrire velint animadversionem.

V. Magistratū quoque tam primiarum, quam aliarum civita-
tum, ut & Statū Provinciarum & Ordo Equestris, si quem Physicum
desiderent, propriæ securitatis ergò, illum Collegio huic Medico præ-
sentare tenebuntur. Quo casu illi, qui Francofurti studiis vacarunt aut
promoti sunt, præ aliis considerari merentur, prout id Privilegio à Ma-
joribus nostris Facultati Medicæ Francofurtanae dato caustum.

VI. Prouti Clementissimè etiam volumus, ut Collegium hoc no-
strum cum Medicā Facultate Universitatis Nostræ Francofurtanae ad
Viadrum semper unanimem foveat concordiam, ac circa examen &
approbationem Medicorum, Pharmacopœorum, Tonsorum, Obstet-
ricum, Balneatorum, Hernio & Lithotomorum, Ophthalmicorum, &
similium vota sua conferant ac placidè inter se conveniant.

VII. Quā autem ratione Illi, qui Collegii directioni subjiciendi,
sese gerere debeant, sequentibus Legibus determinare placuit, quæ ut
exactè serventur, Collegii erit procurare, hinc & contra delinquentes
decernendi facultate pollebit.

*Collegii Medici Regii ratione appellationum, aliarumque causarum Fo-
rum competens, Consilium superius Iustitiae Regium, per Decretum de dato Co-
lon. ad Svevum 3. Novembri 1707. it. 3. Januar. 1709.*

*Temerè appellantium ac succumbentium multa, per Rescriptum de
dato Colonie 10. Aprilis 1709. it. 24. Julii, d. a. sancta.*

VIII. Imprimis Medici pacatè inter se & concorditer versentur.
Officio suo tam penes ægros, quam sanos, ubi vocantur, fideliter & in-
dustriè, tanquam DEO & Universo rationem actionum suarum reddi-
turi fungantur, in diætâ ordinandâ ac præscribendis medicamentis cautè
procedant, in statum & conditionem ægrorum suorum accuratè inqui-
rant, affectus & morbos, sub silentio sibi relatos, nemini revelent, nimia
fostra aut præmia, à pauperibus præsertim (quibus non minùs ac divitibus
consilio suo ac auxilio prodesse tenentur) exigant, sed moderatione
hac in parte utantur honestâ. De cætero conservationem ac restaura-
tionem

tionem valetudinis proximorum suorum ita sibi habeant commendatam, ut fideles decet, & oportet conscientiosos Medicos. Ut ægri quoque sciant, quali sōstro Medicum remunerare debeant, concedimus Clementissimè ut Hasso - Cassellanæ aut alii Constitutioni Medicinali typis evulgatae se conforment. Quem in finem relatio nobis subiectissima à Collegio pro Confirmatione Clementissimâ offerenda erit.

Cognitio ratione sōstri & pretii medicamentorum Collegio Regio reservata ac stabilita. Rescripto de dato 30. Julii 1700. & 25. Junii 1701. ut & Decreto Colon. ad Svevum 5. Decembris 1712. & Rescr. ad Cameram de eodem dato.

IX. Nemini equidem alterius ægros alteri subducere, aut ad se pellicere, aut curæ alterius semet ultrò ingerere, aut illam culpare, ac cavillari liceat. Si tamen ab ægro plures uno Medici desiderentur, non est, quod curæ tunc se subtrahant, sed lubentes ac faciles se sistant, nec Medicus ante vocatus ægrè id ferat, sed, in casibus, præsertim dubiis ac periculis, ipse potius suā sponte id postulet. Tumque de qualitate morbi & adhibendis remediis amicè ac modestè conferant, & conjunctis viribus & operis ægri salutem promoveant.

Rescr. de dato Coloniae ad Svevum 7. Sept. 1694. it. 15. Sept. ejusdem anni.

X. In Morbis contagiosis Archiatri sollicitè caveant, quia quotidie ipsis ministerio nostro invigilandum, ne ad ejusmodi ægros infectos nimis propè accedant, quibus tamen consilio & ope, quantum absque contagii metu & periculo fieri potest, adesse poterunt.

XI. Præterea Collegio huic inspectionem super omnia, quæ in Provinciis nostris sunt, pharmacopolia, solo excepto Aulico, cuius cura solis Archiatri & Aulæ Medicis competit, hâc ratione commissam volumus, ut nimirum quotannis aut quoties opus, & quidem in civitatibus, ascitis è Magistratu quibusdam deputatis, ac Physico oppidano, diligenter visitent, medicamenta & materialia illuc præsentia examinent, quæ vetustate aut situ corrupta, adulterina aut inepta à probis separant, ac tam Pharmacopolas, quam illorum socios & discipulos ad officium suum ritè exsequendum seriò exhortentur, & eò quoque adtant, ut medicamenta pretio convenienti veneant, nec ultra modum aut æquitatem illud exaggeretur, in quem finem Taxa quædam determinanda ac pretium illi addendum, Nobisque ad approbandum offerenda. Præter Pharmacopolas autem nemini Medicamenta vendere licet, nisi multam pendere velit severam. In pensas in iter visitationis ergo suscepsum faciendas Magistratus cujusque loci cum Pharmacopola junctim ferant oportet.

Ad impensas visitationum Circuli quoque & Magistratus oppidorum ut & Pharmacopæi contribuant. Per Rescripta de dato Coloniae ad Svevum, 6. Aprilis 1693. it. 19. Aprilis ejusd. a. it. 30. Maii 1699. 6. Septembris 1701. 26. Februarii 1712. 24. Junii ejusdem anni.

XII. Pharmacopolæ novitii aut adventitii Collegio huic se sistant,

Collegarum examini se submittant ac censuram illorum & approbationem, si digni fuerint judicati, impetrant. Pariter Pharmacopolæ moderni provisores suos, socios ac discipulos, cum recipiendi aut dimitendi sunt, Collegio Medico in hâc metropoli, & Francofurti ad Viadrum, in reliquis autem civitatibus, Physico ordinario à Collegio approbato sistant, ut mediante ejus approbatione recipi & dato testimonio probitatis manumitti queant. Cum primis jurejurando Civili ad servandam Taxam nostram Pharmaceuticam tenebuntur. Medicamenta præscripta ut & formulas eorum, quâ nomen, pondus, mensuram, aut aliâs neutiquam varient aut mutant, nec unum ingredientium præ alio substituere præsumant, aut Sociis suis id permittant. Medicis porro reverentiam ac honorem ipsis competentem exhibeant, (nulum tamen pactum clandestinum lucri causa aut in damnum & detrimentum ægrorum cum illis ineant) Schedulas medicorum approbatorum manu præscriptas, fideliter ac sedulò præparent; Ipsim autem à curationibus ac visitationibus ægrorum abstineant. Imprimis absq; consilio aut scitu Medicorum, nulla purgantia, Vomitoria, validè humores scientia ac emoventia Medicamenta, aut opiate, multò minus venena ex officinis suis vendant, aut cuiquam concedant, sub gravi & inevitabili pœnâ.

XIII. Similiter Chirurgi ac Tonsores huic Collegio eâ ratione erunt subjecti, quod ubivis præviâ Collegii examinatione, approbatione ac censurâ recipiendi. Discipuli quoque aut famuli illorum (antequam emancipientur) Collegio aut à Collegio approbato Physico sistendi ac testimonio muniti, dimittendi sint.

Stabilitum per Rescriptum de dato Colonia ad Svevum 25. Martii 1705.

XIV. Ad vulnera lethalia aut aliâs periculosa, ac casus graves in tempore approbatos Medicos adsciscant, illorum consilium ac præscriptum sequantur, ac si quod dubium circa id occurrat, modestè moneant ac ipsis consciis procedant. A curationibus autem morborum internorum ac præscribendis formulis aut administrandis medicamentis propriis, ut purgantibus, Vomitoriis, opiatis &c. internè adhibendis sub gravi mulctâ penitus abstineant. Ægros quoque æquo ac moderato pretio sanent, nec quenquam contra æquitatem pecuniâ emungant. Quemadmodum illi ipsi ægrè ferunt, Chirurgum unum præ alio, Pharmacopolium unum præ altero à Medicis ægris recommendari, ac exigi, ut illud ubivis aliis præferatur, sic nec illi Medicum ullum præ alio commendare, multò minus quenquam à tergo contemui exponere aut vilipendere præsumant.

XV. Sepiasiarii, Aromatarii, Alchimistæ, destillatores, dulciarii, perfumatores, Vini stillatitii seu Aquarum, quas Vitæ, vocant stillatores & similes nullatenus se rei Medicæ ingerere, nec medicamenta, ut potè quæ peculiariter & solum ad pharmacoplia spectant, præparare aut divendere, sed privilegiis suis strictè contenti esse, multò minus adhuc curationibus se implicare debent. Secus si fecerint, contravenientes

non

non modo medicamentorum patientur jaēturam, sed & præterea gravem multam pendent.

*Visitatio aromatiorum seu materialistarum mandat per Rescr. de dato
Coloniae ad Svevum 20. Sept. & 24. Novembr. 1690. it. 20. Octolr. 1698.
4. Sept. 1709. 30. Septembr. 1710.*

XVI. Balneatores perinde his legibus tenebuntur, ac intra terminos à privilegiis suis sibi præfinitos sese continebunt, interna medicamenta nullatenus exhibebunt, nec ultra illos falcem in Medicorum, Pharmacopolarum aut Tonsorum immittent messem.

XVII. Ubi Ophthalmici, Operatores, Litho-ac Herniotomi, ut & Dentifrangibili &c. se offerunt, & artem suam atque scientiam exercendi ac publicè merces suas venum exponendi licentiam ambient, non minus hi Collegio huic, quam Magistratui se fstant, ac illius tam personarum suarum, quam Medicamentorum ratione examini submittant oportet, prout res tulerit vel admittendi vel repudiandi. Si admissi fuerint, juxta tenorem statuti nostri ante hâc Clementissimè hâc de re sanciti, in præjudicium Medicorum & Pharmacopolarum, atque detrimentum ægrorum, durantibus nundinis publicis, ultra quatriuum, ut merces suas venudent, extra nundinas verò penitus non tolerandi. Operationes suas debitâ circumspectione & absque iniquâ nimii ab ægris præmii exactione peragant. Ab omni curâ internâ, quæ operationes illorum non concernit, sub gravi animadversione omnimodè abstineant. Attestata quoque curarum ab ipsis præstitarum, quæ Magistratus ad instantiam Ophthalmicorum &c. haētenus dare solitus, absque Collegii aut Physici approbatî, quorum erit accuratè prius in rem omnem inquirere, cognitione non extradantur. Quare etiam ad operationes suas, in casibus præsertim difficilibus ac dubiis semper Medicum aliquem accersere tenebuntur.

*Rescriptum de dato Coloniae ad Svevum 5. Augusti 1692. it. 31. Julii
1703. 9. Martii 1709.*

XVIII. Obstetrices quoque ubivis locorum, antequam recipiantur & admittantur à Collegio aut approbatis à Collegio Medicis examinari, ac postquam admissæ, juramentum præstare, præterea in casibus gravibus & periculosis, circa gravidas parturientes & puerperas, in tempore, nec ubi jam ferè conclamatum Medicos consulere debent, multò minus inconsulto Medico suapte sponte medicamenta propinare. Quod si in casu ancipiti duæ aut plures vocentur obstetrices, promptè & pacatè illæ convenient, optima consilia contribuant, neutra ex odio aut invidiâ quicquam celet, sed unanimiter Christiana fide & dexteritate auxilia conferant, omnimodè conspirent, ac ut fidas decet ac Christianas obstetrices se gerant. Secus facientes severâ afficientur poena.

XIX. Circumforanei, Stelliones, Agyrtæ &c. summatim omnes & singuli ad rem Medicam non pertinentes, nusquam tolerandi. Multò minus vetulis, Sagis, & aliis, indecentia, magica, superstitiosa & in-

cognita remedia usurpantibus, curandi, uroscopiam exercendi, aut
consilia dandi licentia concedenda, sub irremissibili gravi pœnâ.

Rescriptum de dato Coloniae 10. Junii 1695. it. 20. Octobr. 1698.

XX. Quo tyrones Medicinæ, Chirurgi, Obstetrices &c. qui circa
vulnera, patientes, ac alios ægros occupantur, aut præter hos etiam alii
constitutionem corporis humani ac membrorum ejus dispositionem eò
melius cognoscant, Medici hujus Collegii eò collineabunt, ut quoties ca-
davera haberri possunt, sectiones Anatomicas instituant, ac inter se con-
veniant, qui è numero illorum eas administrare debeat. Serenitas Sua
Electoralis locum quoque illis, ubi Anatomiae illæ commodè admini-
strari possint, ut & quantocyus certum ac commodum locum, in quo
Collegium hoc convenire queat, denominabit ac assignabit.

XXI. Tandem quo prædictum Collegium eò melius subsistere ac
impensas erogandas ferre possit, concedimus Clementissimè, ut pro
visitationibus Pharmacopoliorum, examinatione ac approbatione Me-
dicorum, Chirurgorum, Ophthalmicorum, Litho- & Herniotomorum
Obstetricum & similium, ut & pro tribuendis testimoniis modicum
pecuniæ exigere, idque in impensas illas erogare possint.

XXII. Qui porrò, præter memorata puncta, actus speciales &
particulares contingere possunt, ac vitandæ prolixitatis ergò in hoc edi-
cto non sunt expressi, horum determinationem, ubi Collegium subje-
ctissimè de his monuerit, nobis reservatam volumus.

XXIII. Cæteroquin Clementissima nostra est ac seria voluntas, ut
huic nostro ad salutem subditorum nostrorum & Provinciarum omnium
publicam utilitatem vergenti statuto firmiter & inviolabiter servando
omni studio invigiletur, idque quoad omnes clausulas strictissimè obser-
vetur, nec quisquam illud ullatenus transgrediatur. Quamobrem Ju-
dicium nostrum Camerale, ut & Regimen Neo-Marchicum, nec non
Consiliarii Judiciorum trimestrium ac Aulicorum, ut & omnes Capita-
nei Provinciales ac officiarii Oeconomiarum Electoralium, Aulæ nostræ
Prætor, unâ cum Magistratibus Oppidanis his tenebuntur, ut omnes,
quicunque hoc nostrum edictum transgredi fuerint ausi, convenienti
multâ, cuius dimidia pars fisco, alterâ dimidia Collegio cedet, affiantur.
Quem in finem, ne quisquam ignorantiam prætendere possit, hoc no-
strum Edictum præculo subjici, ac hâc ratione publicari Clementissimè
mandavimus. Quorum in fidem propriâ illud manu subscripsimus ac
sigillo nostro roborari curavimus. Actum Pottstami 12. Novembris
Anni 1685.

Fridericus Wilhelmus.



LS

CON-

CONSTITUTIO.

Quâ Medici Electoratûs ac Marchionatûs Brandenburgici & illûc spectantium Provinciarum,
tenentur.



Tabilito ac plenè in ordinem redacto Collegio Nostro Medico non modò promulgatum quondam à Divo Parente nostro, memorie Gloriosissimæ, Electore FRIDERICO WILHELMO, Magno Edictum Medicinale Clementissimè confirmavimus ac perpetuò quâ omnes & singulos articulos inviolabiliter observatum volumus. Sed & animadversis quibusdam in Re medicâ mendis, quibus adhuc dum mederi non concessum, illud porrò in sequentibus punctis declarare & extendere Clementissimè nobis placuit.

I. Juxta tenorem articuli quarti prædicti Edicti Medicinalis omnes & singuli Medici, qui in Provinciis nostris, præsertim in his Civitatibus metropolitanis præsentes sunt ac praxin exercent, & quidem hi, & qui in oppidis proximè circumjacentibus degunt, intra mensem à dato hujus renovatae publicationis, reliqui autem, qui longius absunt, juxta proportionem distantiae intra duos tresve Menses ad summum, Collegio absque omni recusatione se offerant atque capacitatem suam documentis eruditionis aut vocationis doceant, ac consequenter nomina sua Matriculæ inseri curent, nisi experiri velint, quod praxi, quam hactenus exercuerunt, excludantur.

Qui verò hactenus fixam non habent sedem, in nostris tamen Provinciis degere constituerunt, antequam sedem figant, tenore quarti illius articuli collegio se sistere, testimonia sua producere ac approbationem Collegii ambire tenebuntur: Antequam id præstiterint, praxi omnimodè, sub inevitabili multâ, abstineant.

2. Medici, præsertim qui in civitatibus his nostris Electoralibus Metropolitanis praxin exercere cupiunt, postquam prædicto modo legitimi, considerantes nobilem illam Creaturam, quæ curæ illorum concedita, ac dignitatem, cuius compotes facti, vitæ imprimis studeant congruae, modestæ ac temperanti, unanimes inter se ac familiariter verificantur, nemo illorum alii Fortunæ invideat favorem, multò minus indecentibus ac illicitis viis aut modis famam alterius arrodere aut denigrare tentet.

3. Prouti Medico indecorum semetipsum non postulatum aut vocatum ægro obtrudere aut curæ illius ultrò se ingerere: Sic quoque indecens, licet ab ægro id desideretur, inscio priori Medico & à tergo illius curam suscipere. Hac igitur erga se invicem discretione utantur, ut, si ægri conditio non ferat duos simul medicos alere, antequam prior honestè ab ægro dimissus, neutiquam ejus curam suscipiant, nisi, si sordidae hujusmodi avaritiae & sacræ lucelli famis rei coram Collegio Medico fuerint acti ac convicti, insignem multam pendere velint.

4. Cum observatum quoque sit, quod Medici quidam proprii procul dubio commodi ergò uni se Pharmacopolio mancipent, ac ægros suos variis modis, quandoque invitatos ab officinis, quarum ope ante hanc usi, abstrahant, ac ad illam cui favent, adigant. Quare hoc illis hisce absolute interdictum est; Si quid autem habeant, quod huic illive Pharmacopolio jure imputent, ad Collegium id Medicum deferant, jubentur, quod defecctus ille emendari possit, sicque Pharmacopelia æquali in valore ac estimatione conserventur.

5. Cumque animadversum sit, unum alterumve Medicorum exigui, quod eo nomine captant, emolumenti causâ saepius minus necessarias & supervacaneas medicamentorum formulas in pharmacopoliis præscribere, quæ ab ægris postea non expetuntur, quibus aut ægri aut Pharmacopœia quandoque dupli damno afficiuntur. Hinc Medicis, qui dedecoris ejusmodi sibi consciis, rigidissimè probro hoc interdictum est, atque sub gravi multâ absque remissione, si ejus convicti fuerint, pendenda, tale quid vetatur.

6. Quoniam Medico Genuino indecens extra necessitatis casum vulgaribus præparationibus Pharmaceuticis occupari ac Pharmacopœorum lucro inhiare. Proinde

ipsis interdicitur omni officinalia, usū recepta, & vulgaria, utpote apozemata, infusa, Clysmata, &c. parandi, & distribuendi facultate. Quod si verò arcani alicujus medicamentū, quod in Pharmacopoliis non reperitur, facili fuerint compotes, quoque proximo suo certius quam vulgaribus illis subvenire sciant, illud aut uni alteriē officinæ concredere, ac æquo pretio, quantitate tamen moderatā, committere debent, aut ipsis etiam, absque excessivo pretio ægris suis administrare licet ; Ita tamen, ne indecoræ lucri cupidinis ac tam ægris, quam Pharmacopolis noxiæ pleonexiæ, simulque inevitabilis animadversionis reos semet faciant.

7. Medicis, sive Physici sint, sive non sint, Civitates atque loca, quæ aliquamdiu incoluerunt, ac ubi vitæ subsidia lucrati sunt, pestis malignorumque morborum tempore frivole deserere non licet ; sed in illis, ut perdurent, æquum est. Nihilò tamen minus domesticorum suorum ut & aliorum ægrorum causā non erunt obligati infectorum aedes invisiere ; sed possunt ac debent, juxta normam & leges maturè hunc in finem fandendas ac vocationis suæ munia, ex ædibus propriis illis, qui consilio illorum indigent, consilio subvenire ac medicamentorum necessariorum præscriptione illos juvare.

7. Tandem, cum experientia haec tenus docuerit gratitudinem quorundam ægrorum adeo gracilescere, ut Medici nonnulli ferè cogantur minus honestè, ad instar agytarum, ac aliorum Empiricorum cum ægris licitari, & immania hæc occasione quandoque fostra extorquere assuecant. Id quod illicitum, & extra casus infra exceptos & paucos alios, præsertim valde difficiles, planè veritum. Hinc ut utriusque occurratur incommodo, Medicorum, (qui tamen ægros crebris visitationibus præter illorum desiderium ac voluntatem fatigare non debent) prolixum studium ac accurata solicitude præmio non careat, ægris verò de nimio quæstu conquerendi occasio præscindatur, sequentem normam præscribere placuit. Quæ tamen Honoratorum ac opulentorum manus haud vincentur, nec hi Medicorum operam curam ac fidem, liberaliori fostro remunerare prohibentur ; Sed illos tantum, qui in statu facultatum mediocri, ac sufficienti quæstu positi, Medici opem debitè compensare possunt, concernit : Hi igitur, ut sciant quid Illi pro navata opera conferre debeant, placuit ut dent :

	Joach.	Gr.
1. Pro quâvis Schedula, quam ægrî è Medici ædibus petunt	-	3
2. Pro primo ad ægrum accessu in morbis benignis	-	-
malignis	-	2
3. Pro subsequenti visitatione quâvis, in morbis benignis absque præscripto	-	6
cum præscripto	-	8
in morbis malignis absque præscripto	-	12
cum præscripto	-	15
4. Pro consultatione primâ, cuivis Medico	-	-
5. Pro subsequentे quovis congressu duorum, trium aut plurium Medicorum obtemporis, in ejusmodi statis certâ horâ habendis	-	12
conventibus, jacturam, cuivis Medico	-	-
6. Pro visitatione nocturnâ	-	-
7. Pro itineris extra urbis pomæria suscipiendi, singulis milliaribus usque	-	-
ad locum æ gri	-	-
8. Pro morâ cujusque diei ac noctis ad redditum usque	-	2
9. In consiliis præscribendis Medici æquitati studebunt, ac secundum	-	-
prolixitatem ac personæ conditionem illa æstimabunt, ad	-	-
minimum	-	-
10. Pro inspectione & apertione cadaveris, propter foetorem & alia in-	-	-
comoda, præter itineris solitas impensas	-	4
11. Pro relatione conscribendâ	-	2
12. Pro Balsamatione operosâ Cadaveris Magnatum ac Honoratorum	-	-
Personarum, remuneratio Heredum discretioni, sed reali	-	-
committitur.	-	-

Curam Luis Venereæ quod concernit, nihil in illâ certi determinari potest, sed æger de illâ cum Medico, quâ poterit ratione, conveniat oportet, cum Curæ ejusmodi non modo difficiles sint, & periculose, sed singularem etiam postulent, tam de nocte, quâ de die diligentiam & circumspectionem.

Pauperibus & egenis extra quæstum sufficientem positis, ne consilium suum & auxilium deneget, Medico conscientioso, desiderata ab ipso Charitas Christiana dictabit, quid officii ratio postulet.

Constitutio, Quâ Pharmacopolæ Nostrarum Provinciarum tenentur.

I.

Um Salus Provinciarum, ægrorum vita ac sanitas, fama quoque & existimatio Medicorum quadantenus à Pharmacopolarum industria, dexteritate ac fide pendeant, necessitas efflagitat, ut ratum habeatur id, quod promulgati à Divo Parente nostro FRIDERICO WILHELMO, Gloriosissimæ memorie Edicti Medicinalis paragrapho duodecimo statutum: Quod nimirum omnes, & præcipue à prædicto tempore noviter advenientes, aut imposterum adventuri Pharmacopœi & Provifores, Collegio se Medico sistere, illius examini se submittere, illius censuram, ac si capaces fuerint judicati, præstito debite juramento, approbationem expectare debeant. Quem in finem testimonia authentica honestæ extractio-
nis, nativitatis, famæ inculpatae, ac vitæ, ut & ubi artem didicerint, ministrârint, & quomo-
do se gesserint, producent, tum artificii sui & officij ratione, ut & ad observandum hanc
nostram Constitutionem ac Taxam juramento infra sequenti semet obstringent.

Confirmatum, etiam sub multâ 100. scutatorum per Rescriptum de dato Colonie
d' Sverum 13. Novembr. 1698. it. 31. Martii 1699, item 30. Aprilis 1699. 28. Junij ej. a.
18. Januarii 1700. & socii eorum quoque per Rescript. 4. Sept. 1709. it. 30. Sept. 1710.

2. Cum primis pietati studeant, sobriè ac temperanter vivant, candidos se, placi-
dos ac promptos universis præbeant, invidiâ omni & discordiâ vacent, amicitiam potius
ac familiaritatem secum invicem colant. Medicis decentem exhibeant respectum, visi-
tantes, ordinantes, & invilentes pharmacopelia debitâ promptitudine excipiant, nec un-
quam in his se illis opponant, à medendo verò, formulis præscribendis & ægris visitan-
dis, licet ab his hanc in partem sollicitentur, sub poenâ gravi penitus abstineant, ægros po-
tius ad Medicos ablegent, cum nemine autem horum, in detrimentum aut damnum alio-
rum, clam aut in præjudicium ægrorum de lucro quodam paciscantur. Prout & præ-
ter Medicorum consilium ac scitum nulla medicamenta, præsertim Purgantia, Vomitoria,
Opiata, Venena aut alia draftica remedia, sub gravi multâ subministrent.

Pharmacopole à medendo abstineant, per mandatam de dato Colon. 20. Julii 1707.
item 24. Sept. 1694. 21. Aprilis & 28. Maii 1698. 17. Januarii 1699. 13. Aprilis 1701.
12. Aug. 1710.

3. In Officio suo ac vocatione fideles & industrios se præstent, universa & singula
simplicia proba, genuina & intemerata, justo tempore, dum pleno vigore & virtute gau-
dent, colligant, sollicitè & nitidè locis congruis ac receptaculis aptis condant & asservent.
Exotica, quantum fieri potest, recentia ac proba accersant, quæ ubi advenerint, in præ-
sentiâ quorundam Medicorum promantur, lustrantur ac ponderentur, cui negotio Phar-
macopola æstimationis Hamburgensis rationes, quas vulgus dñe Preys courante vocat,
medicis exhibeat, quo species singulae mercium, vagi & inconstantis pretii, quas ob hanc
rationem taxa Mercurii signo notavit, ab aliis secerni ac debite æstimari, statutumque iis
pretium affixâ in officinâ pharmaceuticâ (à Medicis æstimationi præsentibus subscriptâ)
schedâ vulgo innotescere possit. Harum tamen mercium plus una vice non coëmant,
quâ durante nundinarum intervallo rursus distrahere sperent, alias haud ipsis prode-
rit, quod carius ante, quâ modò veneant, coëmtæ fuerint merces ipsis restantes.

4. Compositis probas ac selectas adhibeant species, easque ordine in parata pro dispensatione loculamenta distribuant, atque deputatis ad id à Collegio Medicis (aut in aliis oppidis Physico urbano) exhibeant, qui si ea pondere ac probitate justa deprehenderint, è vestigio miscere jubeant, & præparato composito annum ac diem, quâ, & quantum ejus præparatum, incribant & propriâ manu subscriptibant, quo sciri possit, quid vetustate adtritum aut rejectaneum sit. Schedula illa tum à Pharmacopœo thecæ illi aut indenda aut jungenda erit. Cui enim thecæ aut vasi nullius Medici deputati manus & subscriptio adfuerit, institutâ visitatione, illud compositum, ut ineptum, reprobandum, nec locus ei ulterior dandus erit. Id, quod præcipue de Electuariis, præfertim de Theriacâ, Mithridatio, aliisque prolixis compositis intelligendum, quorum nullum absque præsentia deputatorum ad id Medicorum præparandum.

5. Chimica medicamenta, quæ imprimis magni sunt momenti, pro arbitrio suo non præparent, multò minus a Circumforaneis aut Cinislonibus Chimicis coëmant. Sed, donec Dispensatorium peculiare sit editum, ac modus ea præparandi illic determinatus, de illo cum Medicis convenire, tum ipsimet illa præparare debent, quo de illorum genuinâ præparatione securi esse possint. Quâ de re etiam Medici mox ab illorum præparatione, prout supra dictum diem ac annuâ propriæ manus subscriptione apponent, id quod in albo defectuum perinde fiat oportet. Reliqua omnia Chimica quorum præparandi ratio incognita, aut alibi coëmta, perinde reprobanda nec toleranda sunt.

6. Medicamenta Composita, quæ in officinis ad usum asservantur, donec Collegium peculiare ediderit dispensatorium, juxta Dispensatorium Augustanum aliorumque Scripta approbata parentur, quò cuiilibet Medico de illorum virtute constet. Quod si Medicorum aliquis unâ alterâvè compositione, sibi familiari, uti voluerit, Pharmacopœus quidem illam parare poterit, verum Medicus illam non jubeat parare majori copiâ, quam cui consumendæ unus aut lesqui alter annus sufficiat, ne damno afficiatur Pharmacopœus.

7. Pharmacopolarum nemo alteri, occurrente defectu aliquo, tam simplicium, quam compositorum medicamentorum, in casu necessitatis quicquam deneget, sed æquo pretio soluto proba medicamenta lubens suppeditet, nec, ubi periculum in morâ, socium quoque ad aliquantillum temporis concedere detrectet.

8. Venena & de veneno suspecta materialia à Pharmacopœis exactè seclusa serventur, nec in viciniam reliquorum medicamentorum collocentur. Cui bono majoris securitatis ergo peculiares quoque bilances, mortaria, pistilla, cribra, marmora pro tritura illorum servent, ne ex incuria quid adhæreat aut relinquatur, quod medicamentis forte in ægrorum periculum summum addi aut permisceri possit. Unde & in venundandis venenis cautissimè procedant oportet, nec cuiquam ignoto præfertim & suspecto, absque exhibita à Medico (qui perentem seriò & accuratè examinet, cui usui illud destinaverit) Schedulâ ullum divendat, aut à suis divendi patiatur venenum. Quod si verò noti & honesti viri aliquod ad opificia sua requisitum venenum, ipsimet, non interveniente famulitio petant, his, sed dato chirographo, concedi potest.

9. Porrò prospiciant sibi Pharmacopolæ de probis, honestis, munditiae studiosis ac Latinæ linguæ quadantenus peritis sociis, hos, ante quam planè recipiantur, Collegio Medico priùs, aut alibi à Collegio approbato Physico sistant, qui post exhibita idonea testimonia de nativitate, tyrocinio, servitiis, arte ac scientia illos examinent, si capaces deprehenderint, postquam juratò spouonderint se constitutionem hanc nostram ac taxam intemeratè servatuuros, probent ac recipiendos judicent, sin minus repudient, id quod præ ceteris in Aulico nostro Pharmacopolio strictè observandum.

10. Socios hâc ratione receptos Pharmacopœi sollicitè observent, nec concedant, ut in officinâ ac medicamentorum aut schedularum præparatione pro libitu agant, sed diligenter prospiciant, ut omnia sedulò & exactè præparentur, Taxa strictè observetur, atq; poscentibus omni modestiâ ac, quantâ fieri potest, promitudine ministretur. Expeditoris ægrorum opis ergò current, ut officina manè justo tempore pateat, nec ante decimam vesperi planè occludatur. Noctu discipulorum unus, qui alacer sit, nec somnolentus, præsto sit, ut tunc quoque necessitate exigente, ægri non negligantur.

II. Socii munia sua industrie, alacriter & prompte, circumspecte tamen simul obeant, semper in officinā præsentes sint. Compotationes, ludos, otia & obambulaciones omnimodè vitent. Quod si necessariò ipsis prodeundum, absque scitu & consensu Patroni sui aut Provisoris id non præsumant. Verùm illis quorū tendant, aut ubi reperiundi, indicent, quò exigente necessitate vocari queant.

12. Discipulos tam manè, quām vesperi ad preces dicendas astringant, ipsi ignis & candelarum in laboratorio, antequam cubitum eant, rationem habeant, ne quod incutia damnum pariat. Diligenter quoque adtant, ut discipuli utensilia ad Pharmacopolium spectantia, terfa ac munda servent, atque si præparationi cuidam fuerint adhibita, denuò purgent & mundent. In primis medicamentorum diversitatem considerent, ac quale ad quodvis vas requiratur observent, quò si medicamentis internis acida admiscenda, ænea aut orichalcea vitent, lapidea vero aut vitrea adhibeant.

13. Sociorum unus unā cum discipulo hebdomadatim, herbas radices &c. in hypocausto aut superiori ædium contignatione siccatas sollicitè colligat, loco commodo servet, atque scopis tabulatum probè mundari curet.

14. Formulas à Medicis præscriptas non taxent, nec clam temnant, multò minus ægros pusillanimes reddant aut ab earum usu deterreant; Sedulò potius ac promtè illas parent, nil in illis, Medico, qui illas præscripsit, inscio mutent, aut substituant aut planè omittant, multòque minus pondere aut mensurā defraudent. Si quid etiam in schedula scriptum legere aut intelligere nequeant, aut alijs animadvertant, errorem aliquem non advertendo aut sphalma scribendo commissum, Medico illa, qui eam præscripsit, ac alijs nemini, indicare tenebuntur, ejusque sententiam exquirere; Illo vero nescio aut inconsulto proprio motu nihil mutare aut substituere conentur. Neque etiam, si quid præscriptum, quod ægri voluerint esse occultum, ullatenus propalent.

15. Opiata & purgantia magnā diligentia ac circumspectione præparent, exactè ponderent, accuratè & æqualiter milceant, tyronum aut discipulorum nemini, nisi quadriennium tyrocinii absolverint, absente pharmacopœo, aut perito aliquo socio vendere quicquam, nedum præparare concedant.

16. Si quod præscriptum à sociorum aliquo parari cœptum, aliis occurrentibus negotiis, iste illud non derelinquit, sed præparationem ejus continuet, nec alii parandæ committat, ne ejusmodi variationibus ac mutationibus errores committantur periculosi.

17. Ne morā aut fœcordiā ægris damnum aliquod aut incommodum obtingat, tam de die quām noctu (si quid obtigerit) ut & diebus Dominicis ac festis unus ad minimum peritus in officinā præstò sit socius, nec unquam plurimarum inconvenientiarum ergò, Pharmacopolium discipulo soli concredat, quò formulæ, quæ illico parandæ, hinc statim, citò, citissimè notatæ, præ aliis velocissimè parari ac tam pauperes quām dīvites promptissimè expediti queant.

18. E diverso Schedulae ab ignotis & non approbatis Medicis, à tonsoribus, balneatoribus ac similibus præscriptæ, præsertim purgantium, vomitoriorum, menses provocantium &c. non sunt recipienda nec præparanda, neque ingredientia ad ejusmodi medicamenta requisita talibus porrígenda, sed Collegio, aut alibi Physico transmittendæ ac indicandæ sunt; tumque is, qui talia ausus est præscribere, Collegio multam solvat arbitriam. Quod si verò fuerint præparatæ, Pharmacopœus ipse, aut ejus socius, si inscio Domino præparaverit ac tradiderit, reus erit, multamque penderit.

19. Formulis præscriptis protinus diem mensēm & annum ac à præparatione etiam pretium inscribant, quò videri posfit, num taxam fuerint transgresfi nec ne?

20. Postea medicamenta præparata mundis vasculis probè inclusa, atque signaturæ in formulis expressâ notata, potentibus tradantur, ac diligentissimè caveatur, ne quis error aut permutatio noxia medicamentorum committatur. Præscripta soluta ac redempta, præsertim, quæ alicujus momenti aut consequentia pericolosæ sunt, ut purgantium, Vomitoriorum, Menses & urinam carentium, sudoriferorum vehementium, opiatorum &c. inconsulto Medico denuò parari non debent, cum plurima absurdâ purgantibus præsestitim, opiatis &c. hâc ratione committi possint.

21. Discipuli, quos Pharmacopœa recipere constituerunt, honestæ extractionis, famæ integræ & ingenii docilis, adhæc linguaæ latinæ, quantum ad professionem illorum requiritur, periti esse debent. Unde antequam re ipsâ recipiantur, à Pharmacopœo Collegio Medico fistendi sunt, in reliquis oppidis Physico oppidano, & examinandi. Ubi dextrâ porrectâ juramenti loco pollicebuntur, se taxam ac Constitutionem hanc pharmaceuticam intemeratè servaturos, quo nomine Parentes eorum aut Tutores caveant ac satisdent opportet. Compotationes, Ludos, otia vitent penitus, in omnibus operis suis & actionibus alacres sint ac prompti, & alias quoque solertes & experientes, manè justo tempore surgant, devotè orent, maturè de igne in laboratorio sint folliciti, & si opus ignem accendant, officinam debitò tempore aperiant, illam unâ cum utensilibus tersam ac mundam servent, suo quodlibet loco collocent, & tabulatum herbis dicatum sedulò verrant.

22. Domino suo obedientiam debitam ac observantiam præstent, damnum illius præcaveant, utilitatem, absque tamen detimento ægrorum, promovere juvent. Sociis pro virili opitulentur. Venundationi unâ cum illis diligenter invigilent, Schēdam æltimatoriam semper observent, erga quosvis, pauperes præfertim & sequioris fortis homines modestos se præbeant, mensuram illis justam ac pondus porrigan, circa pecuniam acceptam, merces, pondera & mensuras fideles se gerant, nil clam Domino aliis credant, multò minus aliquod venenum, purgans, aut drasticum aliud medicamentum infcio Domino vendere præsumant, ignis ac candelæ in laboratorio & officinâ sedulam curam gerant, ante absolutum tyrocinii quadriennium, uti supramonitum, absente Pharmacopœa aut Provisore, nihil, quod momenti sit alicujus, præparent, de cetero ita se gerant, ut honestos decet discipulos. Absoluto tyrocinio denuò Collegio aut in oppidis Physico sistantur, ubi de acquisitâ scientiâ ac arte examinati, pro capacitatem deprehensâ liberi sunt pronunciandi ac dimittendi, atque testimonio probitatis, pro ratione meritorum, donandi.

23. Ut in Pharmacopoliis quoqüe omnia benè & accuratè gerantur, eaque in statu laudabili semper serventur, volumus, quod Collegium nostrum Medicum quotannis semel ad minimum singula Pharmacopolia per deputatos aliquot è numero Collégarum, cooptatis à Magistratu quibusdam commissariis & Physico ordinario, aut Medicis aliis approbatis, mandato ad id à collegio instructis, visitet. Tumque Pharmacopœa, illorum socii ac discipuli secundum conscientiam omnes species Merces & Medicamenta, quæ postulantur, nullo excepto proferant, nihil abscondant aut retineant. Tum si quid à Visitatoribus ineptum, obsoletum, vetustate corruptum, judicetur, ac deprehendatur, absque omni oppositione aut contradictione, reprobandum, abolendum ac abjiciendum est. Præterea cuivis Medico approbato liberum erit, quandocunque ipsi visum, aut dubium aliquod suboriatur, illud quod præscribere ipsi placuerit aut præscriperit, in officinis requirere, perlustrare, idque absque contradictione à Pharmacopœo aut socio ejus ipsi monstrandum erit.

24. Præter visitationes solenniter instituendas Pharmacopœa ipsimet, cum plurima temporis diuturnitate aliisque accidentibus corrumpi soleant, officii sui ratione tenebuntur singula sèpius perlustrare, ac quicquid corruptum, mox secernere. Socios quoque suos ac discipulos eò adigere, ut, quamprimum aliquem deprehendant defectum, illiū indicent, quo maturè refarciri possit.

25. Ut Pharmacopœi porrò officinas suas modo dicto conservare, atque Taxam absque detimento servare possint, privilegia illorum sarta tecta que præstabimus, illorumque jura tuebimus. Imprimis nemo Seplasiorum, Institutorum, aut Destillatorum ac his similium in detrimentum Artis, professioni illorum & negotiis inbiet, sed privilegiis suis contentus res sibi suas habeat, nec ulla materialia aut medicamenta, quæ peculiariter Pharmacopoliis vendicantur, præparet aut divendat.

26. Præterea, non tenebuntur Pharmacopœa (cum plurima facile corrumpantur, ac identidem ea denuò redimere magnos sumitus efflagit) omnia simplicia

& composita, quæ catalogo inserta, absque discriminē semper, in promptu habere. Quare plurima, in signum non absolutæ necessitatis, præcipue in oppidis minoribus, quorum absentia pro defectu in visitationibus non sit computanda, nullitatis stigmate O notata sunt.

27. Demùn medicamenta (ne Pharmacopœis sumtus deficiant) quantocyùs fieri potest, paratà pecuniā sunt solvenda. Quod si quis ea sibi crèdi petat, Pharmacopœa quidem ea ipsi concedere potest, æger tamen absolute trimestri aut semestri spatio ad summum promptè solvat. Nisi fortè Pharmacopœa in excerptis & offerendis rationibus fuerit negligentior, sicque ipse in culpâ moræ sit, quam ergo sibi imputet oportet. Quod si æger morbo succumbat, aut vivens adhuc fide excidat ac creditorum concursum exciter, debitum Pharmacopolæ, tanquam ubivis privilegiatum, in primâ Creditorum classe immediatè prope & post Medicorum locandum, quorum solutio è paratissimis ægri bonis, mercibus ac supellecili perenda & capienda, quâ in re Magistratū ubivis locorum auxiliares ipsis manus præstare tenebuntur.

28. Si qui etiam reperiantur, qui absque justâ causâ solvere detrectent, & male dicant potius Pharmacopolæ, ac transitum ad alium Pharmacopœum minentur, tum Nos, quod & alibi locorum Magistratus præstet, Pharmacopœam, si fideliter officio suo fuerit defunctus, ac Taxam nostram probè servarit, contra personas ejusmodi ingratas tuebimus, ac ne jure suo defraudetur curabimus.

29. Ut tandem & Pharmacopolæ ad observandam taxam tantò magis incitentur & ægri, si quod forte de æstimatione Pharmacopolæ dubium ipsis, an læsi sint? nec ne? obortum, eò facilius ab illo se expedire possint, volumus, quòd pars, quæ se læsam prætendit, ad aliquod Collegii Medici membrum rem deferat, in quâ læsam se esse opinatur; Illud schedulam istam aut rationes diligenter examinet, æstimationem receptorum cum Taxâ nostrâ conferat, ac fideliter æstimet, juxta quam æstimationem postea solutio præstanta erit. Censor autem pro navatâ hâc operâ, pro singulis Joachimicis grossum à parte lædente prætendere & exigere poterit. Pharmacopœa verò si de Taxa transgressâ convictus fuerit, præterea adhuc juxta proportionem transgressio- nis multam pendet insignem.

Juramentum Pharmacopolarum.

Ego N. N. Juro ac voveo DEO, Omnipotenti ac Omnisçio, quod officio meo debitâ Curâ & Provido Pharmacopoli mei regimine fideliter satisfacturus, Taxam ac Constitutionem Pharmaceuticam à Serenitate Suâ Regiâ & Electorali promulgatam quâ omnia & singula ejus puncta & articulos, juxta tenorem Clementissimæ Declarationis Electoralis stricte & intemeratè ser vaturus, & quantâ fieri potest circumspectione observaturus, Medicamenta præscripta & formulas, quâ nomen, pondus, mensuram, aut alia nullo modo mutaturus, nec unum pro alio assumturus, aut socio meo aut discipulo, ut ab iis hoc fiat, permitturus, sub manu Medicorum approbatorum præscriptæ formulæ, ut fideliter ac providè parentur, curaturus, à curationibus autem ac visitationibus ægrorum abstenturus, Medicis insciis & inconsultis cum primis nulla vehementia purgantia, vomitoria, humores potenter emoventia medicamenta, aut opiata, multò minus venena ex officinâ mea venundaturus, aut cuiquam absque sufficienti inquisitione aut præcautione concessurus, de cætero ita me gesturus sim, uti honesto, probo, provido ac conscientioso Pharmacopœo convenit, illumque decet. Ita me DEUS juvet per JESUM CHRISTUM.

h Norma.

Norma. Quâ Chirurgi tenentur.

Chirurgi tribules in urbibus nostris metropolitanis, aliisque locis omnibus nostrarum Provinciarum, sobrietati cumprimis, modestæ ac temperantie studeant vitæ, ut semper occasione occurrente, præstò esse possint & apti qui proximo suo, opis suæ indigo, scientiâ ac arte succurrere, ac circumspectè & providè, tam de die, quam noctu subvenire queant. Imprimis ægris, qui ipsis obveniunt, ac curæ se illorum atque sollicitudini committunt, indefessâ industria ac debitâ circumspectione, prout officium illorum requirit, succurrere fatagant.

2. Omnes Chirurgicæ professionis contribules, ubi ad vulneratum, aut verberatum vocantur, si magnum sit vulnus aut periculum, post debitam perlustrationem ac deligationem primam peractam, loco convenienti Magistratui factum denunciare ac rationis qualitatem eidem indicare tenebuntur, quo reum apprehendere, & si sinistre les cadat, debite sotentem punire possit.

3. Si ad inspectionem vulnerati aut cæsi Chirurgus tribulis unâ cum Physico aut Medico, cui inspectio commissa, vocetur, inspectionem illam debitâ diligentia ac circumspectione, absque omni arrogantiâ, præsumtione aut prævaricatione peragat, ac plus Medici aut Physici directioni, quam proprio tribuat arbitrio, statum rei ac vulneris probè observet, ut validum de jure judicium conscribere ac testimonium perhibere possit, omnia candidè & fideliter loco convenienti testetur, alibi autem, absque confessione nihil eâ de re propalet.

4. A curis morborum internorum omnimodè abstineant Chirurgi, in extensis quoque difficilibus, ubi symptomata metuenda sunt gravia, sibi ipsis nimium nefidant, sed unum alterumve contribulum suorum expertissimorum in adjutorium adsciscant, cumque illo rem probè expendant. Quod si affectus valdè sit gravis ac periculosus, Medicum aliquem prudentem advocent, & absque illius consilio nulla, præsertim interna medicamenta alicujus momenti, uti purgantia, vomitoria, enemata acria, urinam, mensesque vehementer moventia, opiate & similia præscribere aut administrare audeant.

5. Præcipue cum experientia docuerit, quod curâ Luis Veneræ, quæ inunctione Mercuriali, ac salivatione peragit, plures errores enormes fuerint commissi, quos ægri vitæ jaæturæ luerunt, in ejusmodi casibus, utpote qui præ aliis plurimis gravibus ac pericolosis symptomatis obnoxii, absque consilio Medici suopte Marte nil præsumant agere, sub inevitabili multâ.

6. Si morbi ratio tulerit, ut Medicus simul advocandus sit, Chirurgus ægros non præscribet, quem sibi Medicum adjungi velit; sed in arbitrio & optione ægri & astantium sit illum eligere, cui plurimum confidit.

7. Si quando Medicus unâ cum Chirурgo ægri cuiusdam rationem habeat, unus alteri & præcipue Chirurgus Medico debitâ urbanitate occurrat, extra carceres officii non vagetur, nec Medici consilium aut præscriptionem, nec coram nec clam aut à tergo illius penes ægros aut astantes cavilletur, sed præscriptam ab illo methodum aut ordinationem, quantum in ipso est, strictè exequatur.

8. Chirurgi quoque ægros suos nimii præmii exactione pecuniâ non emungant, nec sub prætextu insignis periculi iniquam mercedem extorqueant; Multò minus lucri majoris ergo curam prater necessitatem & rei exigentiam protrahant, aut è minoribus

bus plagis majores efficiant, sed conscientiae suæ rationem habeant, & omni præsentis oculi Divini meminerint; Alias si in facto hujusmodi fuerint deprehensi, gravi & inevitabili poenæ erunt obnoxii.

9. Ut igitur tam illi, quām ægri sciant, quid uno alteroè casu solvendum, sequens norma placuit, quam utraque pars servet opotet.

	Joach.	Gr.
1. Pro vulneris simplicis, recentis, non magni momenti primâ deligatione accipient	-	6
2. Pro vulneris magni ossa simul lædantis, non tamen periculosi, nec lethalis primâ deligatione	-	12
3. Pro vulnere, carnem solam lædente, sanando, pro ratione magnitudinis aut periculi	1. ad	2
4. Pro vulnere os simul lædente, juxta magnitudinis aut periculi rationem	5. 10. 15. ad	20
5. Pro vulnere punctum inflictō, pro profunditatis aut periculi ratione	6. 7. 8. ad	10
6. Pro vulnere capitis, cæsim inflictō, simplici	2. 3. ad	4
7. Pro vulnere capitis cum contusione ab ictu, aut casu	4. ad	5
8. Pro vulnere capitis periculoſo cum læfione pericranii aut Cranii, absque fissurā tamen	6. ad	8
9. Pro vulnere capitis cum fissurā aut notabili depressione Cranii operosè levandā	10. 12. ad	15
10. Pro tali vulnere, cui Trepanum applicandum, pro quālibet applicatione	2. ad	3
11. Pro fracturā brachii aut cruris in adulto sanandā	10. 12. 14. ad	16
12. Pro fracturā bračhii aut cruris in juvenibus	6. 8. ad	10
13. Pro fracturā cum quassatione aut comminutione ossis juxta magnitudinem aut periculi proportionem duplum	-	-
14. Pro luxatione articulorum restituendā & curandā, juxta rationem difficultatis	1. 2. ad	3
15. Contusiones, ulcera, tumores varii, inflammations, defluxiones in guttur, ac similes varii casus, cum illorum cura, ac nayan- da in hāc opera valdē fit diversa, certa quædam illorum asti- matio fieri nequit, sed Chirurgi pro quālibet visitatione duos ad tres usque grossos poscere queunt, nec tamen nimis vi- sitationibus ægros fatigent.	-	-
16. Pro venæ sectione in brachio, pro personarum diversitate in pede	2. ad	3
17. Artuum extirpatio, juxta laboris ac periculi diversitatem, vulneribus magnis ossa lædentibus æquiparanda Honoratiorum ac opulentorum liberalitatī ac discretioni hāc normā nihil derogatur.	3. 4. ad	6
Charitas Christiana vice versā ac conscientia Chirurgos monebit, quā ratione pauperibus & egenis gratis opitulandum.	-	-
Ad hanc normam observandam Balneatores quoque, qui Chirurgia se applicant, tenebuntur.	-	-

h. 2. Norma,

Norma, Quam obstetrices observabunt.

I.

Obstetrices quæ præsenti tempore metropolim hanc nostram incolunt, aut posthac hic sedem figere ac degere constituent, antequam licentiam impetrant aut tolerentur, Collegio nostro Medico se sistere, & illius examini accurato submittere tenebuntur (quæ vero extra hanc metropolim in oppidis minoribus Physici civitatis cujusque, aut si peculiaris illi medicus non sit, vicinæ urbis.) Postea si habiles fuerint judicatæ Magistratui cujusque civitatis jurejurando ritè obligabuntur. Præter has autem, quæ Statuto huic satisfecerunt, nulla alia toleretur.

2. Honestæ piæ ac Christianæ vitæ & præsertim, cum securæ nunquam sint, nec noctu nec de die, quin evocentur, sobrietati studeant. Præprimis à vino, tam ante, quam post laborem parturientium & parientium, sibi temperent : Considerando quod ab operâ illâ duorum plerumque hominum vita & sanitas, & à quolibet negligetu aut errore propriæ conscientiæ & æternæ salutis, famæ & honoris jaætura pendeat, hinc magnâ circumspectione & defæcato judicio cum indecessâ dexteritate ac fide ad illam opus sit.

3. Mtuam concordiam ac familiaritatem secum colant, una alteri neutquam invideat, calibus præsertim difficultibus emergentibus, fideli sibi invicem confilio & succurrant, nec unquam id, nisi ob sônticam valde ac inevitabilem planè causam detrectent.

4. Muniorum suorum emergente occasione fideliter rationem habeant. Parturienti omnimodâ æquanimitate ac humanitate subveniant. Nunquam illam, absque sufficientibus indiciis properè nimis & ante tempus opportunum ad enitendum adigant, nec præter necessitatem sedili mancipent, aut in illo æquo diutiùs detineant.

5. In ipso partu ad omnes circumstantias sedulò attendant, ac si qui casus singulare periculum portendentes emergant, mature cum aliis prudentibus Obstetricibus consilium intreant ac pro necessitatibus quoque ratione Medicum vocent, ejusque consilium ac suggestiones amplectantur. Cumprimis si contigerit aut scutum in utero mortuum vivente adhuc matre, aut mortuâ jam matre foetum adhuc vivum in utero superstitem esse, mox, ubi hoc perceperint, absque omni morâ Medicum prudentem atque Chirurgum accersere tenebuntur, ut foetus mortuus expellatur, aut quocunque modo aut viâ competenti Mater ab illo liberetur ; Aut è diverso mediis sufficientibus foetus adhuc vivens in lucem protrahatur ac servetur.

6. Foetu edito, debitâ illum sollicitudine current, vasa imprimis umbilicalia justâ meniturâ diligent ac sollicite, ne illorum neglectu vita aut sanitas infantis periculo exponatur, caveant.

7. Eandem etiam pro Matre sollicitudinem gerant, ne & penes illam vasa umbilicalia negligantur, sed secundina cautè integra & illæta extrahatur. Et si quis hâc in parte defecus appareat, uti, si forte utero nimis tenaciter cohæserit, aut particula ejus in utero restiterit, ut nullatenus occultent aut sub spe, spontè fortassis secessuram, & elapsuram, vel ad evitandam calumniam aut infamiam, reticescant ; sed protinus indicent, ac Medicum vocari current, qui Consilio & remediis ad id idoneis, symptomatis inde oriundis, auxiliante DEO, occurrat.

8. Licet propria ipsas conscientia instruere deberet, nihilominus, cum experientia constet à plurimis id negligi : Hinc denuò severissimè illis interdictitur, ne unquam audeant ulli personæ, sive matrimonio solutæ sive conjugatæ, ullum medicamentum, potionem, pulverem, cuiuscunque tandem generis aut nominis, quibus foetus in utere possit lædi, necari, maturius aut seriùs, vivus aut mortuus elicere aut expelli

pelli, præparare, aut, ut præparetur, curare, tradere, aut consilium ad id subpeditare sub poena abdicationis officii, honoris aut alius gravis & inevitabilis multæ aut poenæ, capitæ quoque, juxta delicti qualitatem.

9. Porro non licebit illis, ulli, sive suspectæ, sive non suspectæ Personæ medica-
menta quædam vehementer crientia, ad promovenda menstrua deficiens præparare,
dare, aut procurare; sed ad Medicos tales delegare tenebuntur, qui norunt, quoisque
in talibus procedendum: Quare vigore hujus Pharmacopolis quoque denuò feverè &
sub insigni multæ interdictum, ulli obstetrici inscio Medico quodam approbato ullum
eiusmodi remedium, quod qualicunque tandem ratione hujus rei suspectum sit, præ-
parare aut subpeditare.

10. Porro Obstetricibus planè fit interdictum curæ mulierum, puerarum,
infantum, nedum aliarum personarum sese ingere; Nisi forte extremâ urgente necessi-
tate puerperis vel infantibus recens natis, ubi medicus haberî nequit, vulgare quoddam
simplex & innocuum remedium in pharmacopolio parari carent, quod hoc in casu ipsis
concedi potest; Alias autem & extra hunc necessitatis casum, ægras, quæ ipsis obve-
niunt, ad Medicos alegend.

11. Si quæ ipsis personæ occurrerint suspectæ, quæ reprobum querant consilium
& auxilium, omnibus circumstantiis priùs, quantum fieri potest, exploratis, ad Magi-
stratum sub cuius jurisdictione illæ degunt, aut ad Collegium Medicum deferant, quo
metuendæ inde noxæ mature occurri ac improbitas ejusmodi debitâ poenâ coerceri
possit.

12. Si à Magistratu suspectas inspicere aut in alios circa foeminas occurrentes ca-
sus inquirere jubeantur, omnia accuratè lustrant, omnes circumstantias exactè ponde-
rent, summo studio juxta scientiæ & conscientiæ suæ dictamen, quod nosse desidera-
tur, explorent, nullius respectu aut autoritate deterreantur, precibus aut minis flectan-
tut, pecuniâ aut donis corrumpantur, sed fideliter veritatem loco debito, magistratu
& quo id ipsis commissum, aut etiam Collegio Medico, nusquam autem alibi, renun-
cient. Quod si res ipsis commissæ capacitatem illarum aut intellectum transcendant-
ante aut post inspectionem à Collegio Medico, aut perito aliquo Medico approbato,
se de illis erudiri carent. Id quod omne strictè illis observandum, nisi severam animad-
versionem ament incurre.

Ut itaque hæc nostra salutaris ac in bonum subditorum nostrorum ac Provincia-
rum tendens Constitutio eò strictius observetur. Mandamus his, ac harum vigore Col-
legio Medico, ut exactam horum omnium rationem habeant ac rigidè cuncta obser-
vent. Cui etiam ad meliorem executionem Fiscalium nostrorum Aulicorum quen-
dam adjungemus, qui ad requisitionem Collegii, contra transgressores horum nostro-
rum statutorum agere, ac in id attendere tenebitur, ut ea ubivis accuratè & inviolatè
observentur, nec ullatenus in illa peccetur. Proinde & Cameræ nostræ dicasterium hie
loci, ac Regimen nostrum Neo-Marchicum, ut & Consiliarii Curiæ nostræ & judicio-
rum trimestrium, nec non omnes nostri Toparchæ & Officiarii, Prætor Palatii nostri, ut
& Magistratus oppidani vigore hujus tenebuntur, Collegio Medico auxiliares præstare
manus, ac illos, qui contra statutum hoc impingere ausint, debitâ multâ (cujus dimi-
diuum fisco, alterum Collegio Medico cedet) afficere.

Ne quis verò aliquam possit prætendere ignorantiam, statuta hæc nostra atque
æstimationem Pharmaceuticam typis evulganda mandavimus. Actum Coloniae ad Sue-
vum 30. Augusti, Anno 1693.

(21)

Manda-

Mandatum Electorale de publicandâ Constitutione Medicinali.



Um Serenitati Suæ Electorali Brandenburgicæ, &c. Domino nostro Clementissimo à Collegio Ejus Medico, constitutio illa & Taxa, à Serenitate Sua Electorali, Divo Parente suo Glorioissimæ memorie, editio Medicinali, Anno 1685. promulgato salutari consilio mandata, atque iussu Clementissimo regnantis modo Serenitatis suæ Electoralis concinnata, confirmationis ergo denuò oblata fuerit, ac prædicta sua Serenitas Clementissimè recordetur, se datis jam ante Cliviâ 12. (22) Junii, Anno 1692. mandatis Clementissimè iussisse, ut promulgata publici juris fieret, ac, ut observetur, sedulò curaretur. Huic itaque sententia suæ & mandato etiam nunc firmiter inhærens, tenore horum jubet ac vult, ut hæc Medicinalis Ejus Sanctio & Taxa ubivis locorum in Provinciis Electoratūs & Marchionatūs Brandenburgici, cis & ultra Viadrum, stricte ab omnibus & inviolatè observetur ac executioni mandetur. Mandat proinde Collegio suo Medico, ut quantocvus Constitutionem hanc typis excudi curet, quo omnium in notitiam ac perpetuam observantiam deduci queat. Datum Coloniæ ad Suevum 30. Augusti Anno 1693.

Fridericus.

(L.S.)

E. de Danckelmann.

Mandatum de publicandâ Constitutione

Medicinali iteratum.

F R I D E R I C U S T E R T I U S
DEI Gratiâ, Archi - Camerarius & Ele-
ctor, Prussiæ, Magdeburgi, Cliviæ, Juliæ, Mon-
tium, Stetini, Pomeraniæ, &c. Dux &c. &c.



Alute præmissâ. Dilecti Fideles, cum pro Collegio Medico constituti Consiliarii Archiatri ac Aulæ Medici subiectissimè retulerint, quod Constitutionem Medicinalem à se quidem conscriptam, à Nobis verò confirmatam, Magistratibus Provinciarum Nostrarum Electoratūs ac Marchionatūs Brandenburgici quidem transmiserint, nullum tamen publicatio-
nis illius effectum sortiti fuerint, ac Medicos, Pharmacopolas, & reliquos ad rem Medicam spectantes Constitutionem nullam Medicinalem agnoscere velle, sed ignorantiam plerosque prætendere. Humillimâ additâ petitione ut Clementissime ordinemus, quod Constitutio illa solenniter promulgetur, Mandamus igitur his Clementissimè simulque severè, ut transmissam Vobis à dicto Collegio Medico Constitutionem Medicinalem Medico, Pharmacopola, aliisque ad rem Medicam pertinentibus, qui vobis adsunt, debitè publicetis, ut eam stricte observent, nec ignorantia ulterius se excusare aut tueri queant. Hac ratione voluntatis nostræ ipsissimam intentionem exequimini, qui cœ-
roqui Gratia vobis addicti. Dabamus Coloniæ ad Suevum 1. Maii, Anno 1694.

Fridericus.

(L.S.)

E. de Danckelmann.

*Serenitatis suæ Electoralis Brandenburgicæ &c.
Clementissima Declaratio, publicatæ antehac Suæ
Constitutionis Medicinalis ac Taxæ.*

FRIDERICUS TERTIUS DEI Gratiâ,
Marchio Brandenburgicus, S.R.I. Archi-Came-
rarius & Elector, Prussiæ, Magdeburgi, Juliæ, Cliviæ, Montium,
Stetini, Pomeraniæ, &c. &c. Dux &c.

Præmissâ Clementi Nostrâ salutatione, Strenui, Doctissimi, Confiliarii & Dilecti Fideles. Cum Pharmacopœa Civitatum harum nostrarum Metropolitanarum, ut & nonnulli extra illas Electoratus & Marchionatus Nostri Brandenburgici conquesti sint, unum alterumve articulum, publicatae Nostræ Constitutionis Medicinalis se paulò arctius constringere ac vincere; Nos verò tam illos, quām vestram super hâc re sententiam per Commisarios Nostros ad hoc negotium deputatos audiverimus, ac verum rei statum, post accuratam inquisitionem proponi Nobis curaverimus: Hinc statuimus ac ordinamus hisce ac tenore harum, prædictam Nostram Constitutionem medicinalem, quā omnes & singulos articulos firmam ac intemeratam esse servandam, sequentibus paucis punctis exceptis, quæ pro peculiari Nostrâ Electorali Gratiâ declaramus, lenimus ac illustramus, hâc nimis ratione, ut hâc Nostra Declaratio publicatæ ante hâc Nostræ Constitutioni annexenda sit. Et quidem

1. Quod ad articulum secundum dictæ Constitutionis adtinet, illuc ejus non est interpretanda clausula, quasi Pharmacopœis (ut illi illam accipiunt) libera distractione, Commercio ac venundatione sit interdictum, ac nulla prorsus illis liceat medicamenta distrahere: Vulgaria enim simplicia ac composita, alterantia ac confortantia, uti pulvrem cordiale pretiosum, Infantum, Epilepticum, ac ejusmodi similes pulveres, Theriacam, Mithridatum, ut & blanda laxantia aut lenitiva, veluti Mannam, Cassiam, Tamarindos, Senam, Rhabarbarum, pruna ac passulas laxativa, Syripos ac similia, dummodo excessus caveatur, ac dosi moderatâ tradantur, venundare neutiquam prohibentur. Draistica verò & vehementer purgantia, quorum in applicatione facilis est lapsus, ut Turbith, Agaricum, Jalappam, Scammonium, aut eorum proles Resinas, Magisteria, Diagrydium, Colocynthidem, Helleborum, Cataputiam, Ricinum, Antimonium, Mercurium & horum præparata ac præcipitata, similiaque purgantia & vomitoria suspecta, ut & opiate, absque Medici cujusdam experti scitu & præscripto distrahere nullatenus præsumant. Nec etiam cuivis in officinam pharmaceuticam involanti ac Confilium ab illis petenti, proprio Marte inconsulto Medico confilium dare, schedulam præscribere ac ordinare, Medicamenta pro libitu componere, sicque falcam in Medicorum messem immittere conentur. E contrario Medici usualia ac officinalia præparare, dispensare ac administrare, juxta sextum articulum statuti ipsis præscripti, caveant, nî animadversioni illic sanctæ obnoxii esse cupiant.

2. Quod tertium articulum concernit, exhibitionem nimirum novellarum mercium ac lustrationem recens advectorum exoticorum, licet illa apprimè utilis & ob concinnationem Schedulæ æstimatoriæ crescentium ac decrecentium pretii, hoc præsertim tempore, optimo & necessario planè confilio ordinata, atque aliis locis quoque usitata; Nihilominus Clementissimè Nobis placet, ut illud quoad officinas oppidanæ cesset; Quā Aulicum autem nostrum Pharmacopolium, ut pote quod hic articulus peculiariter & præcipue respicit, maximi id momenti est ac perpetui vigoris, hinc

posthac iustratio hæc perpetuò observanda est. Nullatenus igitur articulus ille destruendi liberum Pharmacopolarum commercium ac negotia, sed technis tantum ac fraudibus, quæ circa medicamenta obtingere possunt, fores obstruendi & occurrendi ergo ordinatus est.

3. Decimus octavus articulus de illis schedulis recipiendorum Medicamentorum, quæ ad internos morbos, & illorum curas, internè præsertim usurpanda, directæ, propriè intelligendus est, quæ ab ejusmodi incapacibus & rudibus personis non debent præscribi, aut si præscriptæ, parari aut extradi; sed secundum articuli illius tenorem cum illis procedendum.

4. Quod verò Pharmacopæ de detimento sibi à Medicis, qui usulalia & Officinalia distribuunt, ut & Aromatariis, Instituto, distillatoribus, illaso, privilegiis suis contrario, inferunt, id ubi debitè id quæsiverint & docuerint, juxta sanctam hæc de re Constitutionem inhibebitur, ac quantum fieri potest omnis ulterius de illo conquerendi ansa præcidetur.

5. Quod Juramentum concernit, tam ipsi quam illorum socii, illud præstare tenentur, eo tamen sensu, qui superiori nostræ declarationi conformis, quo sensu ac modo justam illud detrectandi rationem ac causam nullam habent. Illud enim nil ab illis poscit, nisi quod officium illorum ac debita observantia, propria Conscientia, fides, honestas ac integritas aliæ ab illis requirit & efflagitat.

6. Taxa, quia ipsi illi statuenda interfuerunt, illos meritò hactenus obstringit, quatenus tunc temporis illis complacuit. Si quæ verò circa publicationem mendæ quædam typographicæ irrepererunt, parato nunc dispensatorio, cum illa huic conformanda, hinc denuo edenda sit, facile illæ aboleri & emendari poterunt. Cæterum his Belli periculosis temporibus, ubi omnia commercia turbantur, ac plurimorum alias stabile pretium indies adaugetur, posthac, ut speramus, rursus minuendum, præfens Taxa nec illos adeò præcisè constringere, multo minus commodè ac constanter mutari aut stabiliri potest, nec tamen penitus etiam negligi aut posthaberi, sed aliquâ cum discretione retineri ac observari debet; Quare Vobis, tanquam Collegio nostro Medico hisce committimus, expediens aliquod congruum & modum adinvenire, quo nec, ægri nimio sumtu graventur, nec Pharmacopæ ad detrimentum rei suæ constringantur, sed uterque ilorum indemnus ac contentus esse queat. Gratia vobis addicti, Dabamus Coloniæ ad Svevum 30. Maii, Anno 1696.

FRIDERICUS.



E, de Danckelmann.

Dilucidatio

Dilucidatio Articuli sexti Constitutionis Medicinalis, Medicos concernentis,

De arcana medicamentis, quibus Medicis in praxi suâ privatim, sub restrictione competenti, uti concessum.



Uoniam Medicos inter & Pharmacopolas plurimæ controversiæ subortæ super articulo sexto Constitutionis Medicinalis, ad quam servandam Medici in Electoratu Brandenburgico medicam exercendi prixin libertate gaudentes, obstricti sunt, ac aliquamdiu lites quamplurimæ inde natae, quod illi, dicti articuli, satis in se perspicui quædam verba, pleonexiâ & nimiâ lucelli iniqui cupidine illecti, de medicamentis quibusdam arcanis, quibus Medicis in praxi suâ uti concessum, constitutioni illi inserta, in pravum planè & reprobum omnino sensum, qui Serenissimo Legislatori nunquam in mentem venerat, detorquentes, tam latè extendere ausi sunt, quasi cuivis Medico quodvis, vile saepius & vulgare, nullius penè momenti, ingenio modico, judicio non satis elimato confarcinatum medicamentum, aut aliunde fortè compilatum, dummodò sibi soli cognitum, nec à se cuiquam revelatum, illustri & sesquipedali nomine insignitum, pro ejusmodi arcano magni æstimare & enormi saepius pretio venditare fit concessum, ac licitum ægris suis indistinctè administrare, quandoque & obtrudere: Imò sub hoc velo quævis promiscuè medicamina distrahere, sicque non tantum in Pharmacopœorum præjudicium & detrimentum manifestum; sed haud raro in damnum quoque sanitatis ægrorum irreparabile, avaritiae suæ & pleonexiæ, publico valde nocivæ, litare.

Quâ ratione summâ laude digna atque publico oppidò salutaris Gloriosissimi Principis intentio, ordinem nempe introducendi decorum, & præreptiones ejusmodi iniquas, indeque nascentes confusiones, utpote quæ à pleonexiâ & exorbitanti ejusmodi lucri capturâ pendent, coërcendi, funditus evertitur.

Iniquum equidem & absurdum fortè cuiquam videri posset, cum Pharmacopolæ insignibus privilegiis gandeant, & Medicos hoc præser-tim seculo, Medicis plus satis iniquo, lucrandi commoditate & copiâ toto cœlo post se relinquant, Medicis ingenio & eruditione pollentibus, sagacibus insuper & industriis manus adeò vinciri, ut ingenii sui & industriae, laboris ac sudoris, quandoque satis ardui, fructibus, aut

emolumento, saltim aliquali, tandem frui vix concedatur; Verum id quidem quadantenus est; Nihilominus sit modus in rebus, sicut certi denique fines & limites oportet, quibus nimia istiusmodi de humano corio & crumenâ proximi, cum alieno damno ludendi coercentur licentia & libido.

Præsertim cum Lucrionum horum nonnulli in ipsam quoque Au-
lam irrepserint Regiam, per varias prestationes, sub & obreptiones,
Patronos sibi comparârint ac conciliârint iniquitatis suæ, imò Regias
quoque Concessiones & Privilegia pro statuminandis suis monopolii,
(Publicæ rei pestibus) ac medicamina sua, exigui plerumque comma-
tis ac minoris adhuc æstimationis aut valoris, enormi pretio venundan-
di licentiam impetrârint.

Proinde mirum non est, nec ab omni ratione alienum, quod tot
aliquamdiu Medicos hos inter, pleonexiæ suæ litantes, & lucri aucu-
piis inhiantes ac Pharmacopolas detimenta rerum suarum & privile-
giorum diutiùs tolerare nolentes, rixæ sint ortæ, ac natæ lites, ferè in-
numeræ & vix sopiendæ; Collegium autem Medicorum Regium
prolixis, molestissimis, ac infinitis propè processibus adeò fatigatum, ut
prædicti articuli, aliàs satis dilucidi elucidationem ulteriorem deside-
rare quasi coactum sit.

Cum verò nemo sit, qui Serenissimi Legislatoris sententiam ac ge-
nuinum verborum illorum sensum scire possit ac docere, aut ritè illa
interpretari, sicque Collegii Illustris desiderio satisfacere, præter illum
qui indultu ac jussu supremi sui Principis ac Domini illa concepit, atq;
chartæ mandavit, concepta & conscripta Eadem Serenissimo Legisla-
tori revidenda, ratihabenda, confirmando ac publicanda devotissimè
offerri curavit.

Hinc idem ille universis & singulis genuinum illorum verborum
sensum nosse ac dignoscere volentibus, Collegio Medicorum Regio
sic volente & arbitrante, in desideratum usum ac commodum; Con-
tra conscientiam verò in sensum reprobum & alienum ea detorquenti-
bus, ac perperam illis ad colorandam & tegendam pleonexiam suam
abutentibus, in opprobrium & dehortamentum, ut ab ejusmodi trans-
gressionibus & turbationibus tranquillitatis publicæ posthac abstineant,
nî gravi & inevitabili multâ plecti malint, manifestat: Verbis illis
Arcani alicuius medicamenti &c. Vel uti verba Constitutionis illius me-
dicinalis vernacula lingua editæ, expresse sonant: *Unum & alterum
arcanum medicamentum &c.* Neutquam autem farraginem promi-
scuam plurium medicamentorum, compendium pharmacopolii inte-
græ præsentantem intelligi & indicari. Nedum

i. Quodlibet ab uno quolibet eximiæ scientiæ sibi soli conscio,
proprio è cerebro natum & excogitatum, præsumptionique suæ con-
gruum, aut ex alieno, unius alteriusve præclari, ac à DEO illustribus
dotibus instructi penu deponunt; qui tamen ne margaritæ porcis,
aut

aut ejusmodi Gratiae Divinae dona indignis innotescant, præcipua illorum requisita & imprimis encheireses arcana celant, aut tam obscure & confusè tradunt, ut qui in operationibus istiusmodi non probè versatus, & expertus, parum profici in eorum præparatione præstare queat; Ille verò interea plagium illud aliquale celat, ac licet horizontem capacitatis suæ multis parasangis transcendat, pro modulo ingenii sui & intellectus, optimè (scilicet) & artificiosissimè elaboratum, magni facit, ac ceu pretiosum medicamen, quod tamen arcano vero non magis ac palea genuino tritico æquale, cuius effectus ac usus veri nulla ipsi firma ac rite fundata certitudo est; nihilominus, ut avaritiæ suæ & lucri cupidini satisfaciat, arcani titulo præter meritum salutat, ac sub illo nomine immenso pretio, venumdat ac dispensat. Multò minus

2. Quædam menstruis vulgo notis è simplici quodam subiecto aut pluribus, sine ratione sèpiùs aut methodo, nec satis exasciato iudicio coagmentatis, è tribus communiter sic dictis Medicæ materiæ Regnis, tritis encheiresibus facta extracta, tincturæ, Essentiæ, Elixir & similia, quorum, et si non eorundem, parium tamen ac æquè utilium sufficiens in omnibus officinis prostat copia. Neque

3. Vulgari modo aut methodo, omnibus nunc ferè Pharmacopœorum sociis, imo & discipulis cognitâ, à se ipsis constructa & parata Chymica, ac alia, sive sint pulveres simplices aut compositi, sive salia, sulphura, spiritus, pilulæ, olea & similia, quorum in officinis pharmacopolarum nullus est defectus, sed nimia potius, Medicos quoque ipsos quasi confundens, abundantia. Minimè verò.

4. Vulgaria usualia & officinalia, infusa, decocta, apozemata, Julapia, enemata, unguenta, olea, emplastra, imò & Errhina, & Odontrimmata, quorum Lucriones nonnulli mercimonium schedulis expressè typis hunc in finem mandatis & ubique disseminatis divulgant, imò novellis tralatitiis prælo combinantes, famam quaquaversum & lucellum undique captant. Ingentes quoque ampullas brodiis suis & Apozematis plenas ægris suis, utut invitis offerunt & transmittunt ac illorum contenta arcanorum titulo improbè & impudenter salutare non erubescunt, nec verentur, expressis licet verbis eodem illo articulo id ipsum illis sub inevitabili pœnâ sit interdictum. Nullatenus autem

5. Illa, quæ ipsi non præpararunt, sed aliunde in detrimentum & ruinam Pharmacopolorum ubique præsentium, quandoque & in præjudicium Interesse Publici, sèpiùs à Circumforaneis, Empiricis, Agyrtis, aut ab aliis longè diffisis oris advehi sibi curant, ne fraus innotescat, atque in damnum ac defraudationem ægrorum enormi pretio æstimant & turpiter pro arcans divendunt.

Verum illa solum ac unicè, quæ ab Illustribus, oppidò Eruditis, simulque probis ac verè Celeribus Medicis, Paracelso, Anvaldo, Hel-

montio, Crollio, Hartmanno, Poterio, Sylvio, Starkey, & hujus commatis aliis pro veris arcanis agnita & celebrata sunt. Quæ nimirum.

1. Tanquam peculiaria à DEO omnis boni & perfecti doni datore benignissimo profecta, revelata & concessa agnoscuntur & re ipsâ deprehenduntur, effectuum penè miraculosorum energiâ dotata.

2. Ex intimo mysteriorum Naturæ & Creaturæ abyssso adminiculante Divinâ gratiâ, solerti scrutinio & experientiâ jugi, mediante verè secretâ & non vulgari Chymiâ ac Spagyriâ, indefessâ industriâ & labore improbo, eruta & reperta.

3. Subministrantibus occultis, minimèque Seplasiariorum vulgo notis clavibus aut Menstruis, quæ dicta arcana Chymia industrio quærenti suppeditat, referata, singularibus vulgò incognitis & abstrusis encheiresibus, socio labore impigro & providâ industriâ, ab omnibus heterogeneis impuritatibus & superfluitatibus separata & ad puritatem, quantum fieri potest, & perfectionem summam reducta & evecta.

4. Proprio ipsorum met & non alieno labore parata & perfecta, quò de illorum effectu & viribus, sincera nimirum esse & experientiâ solidâ comprobata, certus esse possit.

5. Ipse quoque de illorum operandi modo & infallibili energiâ, solerti dispensatione & indagine sollicitâ, providâ & curiosâ experientiâ tutus & securus esse queat, & reverâ sit.

Hæc sunt vera Arcana medicamenta & occulta, quæ pro talibus meritò agnoscenda & habenda, quæ in officinis Pharmacopœorum non reperiunda, quibusque Ortho-Medici, qui talia Divinâ adjuvante Gratiâ & benedictione singulari, aut ipsi asecuti sunt, aut talium à DEO illuminati alicujus Adepti fidei communicatione, aut proprio impenso studio, & adhibito labore indefesso compotes facti, proximo suo melius, quàm vulgaribus usualibus & officinalibus subvenire possunt. Et quæ Concipiens Regiæ & Electoralis Constitutionis Medicinalis, arcanorum Medicamentorum mentione in sexto illo articulo factâ indigitare & intellecta voluit. Quæ Regia Sua Majestas Clementissimè approbavit, rata habuit, confirmavit ac publicari jussit. Quæque Medicis, sed notabili cum restrictione, & comminatione inevitabilis pœnæ, contravenientibus irrogandæ, dispensare concessit. Nequaquam verò, quæ quilibet præsumtuosus ardelio arcana esse somniat, & authoritate propriâ, aut audaci potius temeritate, aut emendicatæ tandem concessionis praetextu, non propalat, sed domi suæ pro arcano habet, magni aestimat, ac fraudulenter damnabili pleonexiâ usurpat atque venditat.

DISPEN-



DISPENSATORIUM REGIUM ET ELECTORALE BORUSSO - BRANDEN- BURGICUM.

AC.

ACETUM BEZOARDICUM.

R. Baccarum Juniperi,
Lauri, ana unciam se-
mis.
Radicum Angelicæ,
Dictamni albi,
Enulæ,
Ostrutii,
Pimpinellæ,
Tormentillæ,
Valeriana,
Vincetoxicí,
Zedoariæ, ana drach-
mas sex.

Foliorum Rutæ hortensis,

Salviæ,
Scordii,
Florum Calendulæ,
Lavendulæ,
Melissæ,

AC.

Rosarum purpurea-
rum, ana unciam
semis.

Flavedinis corticum Aurantio-
rum,
Citri,
Santali Citrini ana drachmas tres.
Caryophyllorum,
Macis,
Myrrhæ, ana drachmas duas.
Ligni Sassafras unciam semis.
Pulverisentur grossè, & affusis
Aceti florum Tunicæ libris tri-
bus.

In vase optimè clauso asserven-
tur.

ACETUM CALENDULÆ FLORUM.

R. Florum Calendulæ sereno cœlo
collectorum & in umbra me-
diocriter

A

AC.

diocriter siccatorum, quantum vis.

Aceti Vini optimi, quantum sufficit.

Insolentur aliquamdiu, dein coletur acetum, & repetatur infusio cum floribus recentibus aliquatenus siccatis.

Nota : Hactenus dicta aceta, & si quæ alia medicinalia, parandi ratio in officinis nostris dudum viguit, licet quibusdam, diuturniori durationi studentibus, satius visum, acetum destillatum, loco crudi huic negotio applicandum esse; aliis diutinæ observationi innitentibus verò haud adeò necessariam hanc cautelam esse censemib; sit penes Pharmacopæos scientiæ suæ & conscientiæ habitæ ratione, quid in hoc passu ægrorum ac eorum ipsorummet è re sit, præoptare.

ACETUM DESTILLATUM.

R. Aceti Vini optimi quantum sufficit, imple cucurbitæ vitræ vel lapideæ tertiam tantum partem, ex arenâ gradatim destilla, primo leni admodum igne, ut phlegma separetur; deinde lensim augendo ignem, cavendo sub finem præsertim empyreuma, spiritum avoca pro usu interno, reliquum fortiori igne usque ad siccitatem ferè usque, pro aceti spiritu acerrimo, sed empyreumate infecto.

ACETUM PROPHYLACTI-CUM.

R. Radicum Angelicæ, Zedoariæ, ana unciam unam.

Petasitidis, uncias duas.

Foliorum Rutæ hortensis, uncias quatuor.

Meliissæ, Scabiosæ,

Florum Calendulæ, ana uncias duas.

AC.

Nucum Juglandium immatura-rum consciſſarum, libras duas.

Pomorum Citriorum recentium consciſſorum, libram unam.

Contundantur omnia, contusis affunde aceti Vini optimi, ad remanentiam quartæ partis ex arenâ, cucurbitâ vitrâ per se deſtillati, libras duodecim: Digerantur per noctem, manè deſtillentur igne cinerum lento ad ſiccitatem ferè, cavendo empypreuma.

Nota aliis hoc acetum deſtillatum aqua vocatur prophylactica.

ACETUM ROSARUM.

Paretur ut acetum florum Calen-dulæ.

ACETUM RUBI IDÆI.

R. Baccarū Rubi Idæi, quantum vis, Aceti Vini, quantum sufficit.

Insolentur in vitro commodo, dein reponantur.

ACETUM RUTÆ.

Paretur ex ſummitatibus reliquorum more.

ACETUM RUTÆ COM-POSI-TUM.

R. Summitatum Rutæ recentium, manipulos tres

Castorei optimi, drachmas duas Afæ fœtidæ, drachmas duas.

Infundantur dies aliquot in aceti Vini libris duabus, & insolentur.

ACETUM SAMBUCI FLO-RUM.

Paretur ad instar aceti florum Calendulæ.

ACETUM SQVILLITICUM.

R. Scillæ Laminarum inter externum corticem & medullam mediarum, exactè purgatarum & in taleolas ſectarum, quantum vis. Soli aut remiſſo calori expo-nantur, donec marcescant, minutim ſciſſæ

AC. AE.

ſæ lagenæ indantur vitreæ, ac aceti optimi, quantum ſufficit affundatur, vitrum rite obturatum exponatur aſtivo tempore radiis solaribus ad ſufficientem extractionem; poſtea tranſcoletur, & lagenis diligenter ocelulis affervetur.

ACETUM TUNICÆ FLO- RUM.

Eodem modo præparetur, quo acetum florū Calendulae.

ACIDUM TARTARI.

Vide Cremor Tartari.

○ ÆRIS FLORES.

Duplicis generis ſunt, alii, quos diſcri-
minis ergo nativos dicimus, granula ni-
mirum in excoctione æris, affusa aqua, dum
refrigerantur, à furnis fuloriis, placentæ
cupræ, reſtantia, magni olim Medicis
antiquioribus, iſi quoque Hippocrati aſti-
mata, & frequenti in uſu habita.

Alii artificiales, encheiresi Chimicā pa-
randi:

R. Limatura Veneris ſubtiliſſimæ, partem unam.

Salis Armoniaci, partes duas.

Exactè mixta & per octiduum ad mi-
nimum digeſta, quo Sal Veneri intimius
jungatur, ignis gradu convenienti ſublima,
idque ſublimatum reſiduo, ē cucurbita aut
retortæ exēmo redditum & exactè mixtum
digerendo, ac rurſus ſublimando, bis terve
itera, ſic Sal Armoniacum particulas æris
ſubtiliſſimas ſecum evehit, aqua calida ſol-
vendo, ac per emporeticam colando à Sa-
le Armoniaco liberandas & ſiccandas pro
floribus æris.

ÆS USTUM.

Veteres laminas æris ſulphuris & ſalis par-
tibus æqualibus ſtratificatas, in vase oper-
culo clauſo, juncturisque lutatis, relieto ſo-
lū ſpiraculo, calcinabant igne ſufficienti.
Augustani alterutro eorum addito calcina-
tionem instituunt, ac poſt calcinationem la-
vare & edulcorare jubent. Zwelferius e-
dulcorationi huic contradicit. Utrolibet
autem modo paratum pro diversitate in-
tentionis & applicandi ratione; ſive cum ſa-
le aut ſulphure ſolo, ſive cum utroque jun-
ctim, ſive edulcoratum fuerit, ſive non,
uſui erit.

Æ. AL.

ÆTHIOPS MINERALIS.

R. Mercurii currentis probè aceto & ſale depurati, à ſale rurſus abluti, ac optimè exſiccati, uncias quatuor. Florum ſul-
phuris, unias tres. Mifceantur in Mor-
tario Vitreo, piftillo perinde vitreo, aut
ligneo exactè mundo, ſedulò piftillum
circumrotando ſubigantur, donec Mer-
curius floribus mixtus planè diſpareat,
nec uſquam ejus quicquam aut vestigi-
um aliquod appateat; ſed follicitè ſuba-
ctus & in pulverem tenuiſſimum fulci
coloris redactus, temporis tandem tra-
ctu in nigerrimum vertatur.

○ ALCIS CORNU PHILOSO- PHICE PRÆPARATUM.

Philosophica ſatis incommodè ſic dicta
calcinatio, fit taleolas Cornu Alcis, aut cu-
juscunque ſubjeſti cornei aut osſei filo forti
ſuper veficæ cupræ, ē quā viñi ſpiritus aut
alia aliqua aqua ſpirituosa, aut ſaltem com-
munis deſtillatur, orificium ſuspendendo,
quo ſpiritus, impoſito capitello, in illud a-
ſcendens, in transiſtu illa penetrare, ac hu-
midum illorum nativum omne tractu tem-
poris absorbendo ac diſſipando friabi-
lia reddere poſſit. Quæ viribus procul du-
bio potiſſimis exuta, hinc vix majori (du-
modo non minori) quam vulgariter calci-
nata & præparata Cornua Alcis aut Cervi-
na, virtute prædita; (niſi forte aliquam à
ſpiritu quocum fumigatio illa vaporosa per-
acta, aut ab aqua, quācunq; præparata, mu-
tuō acceperint) tum more communi cum
aqua appropriatā, aut ſimplici ſaltem ſubi-
liſſimè ſuper marmore terendo, præparari
ulterius poſſunt, ſecundum artem.

Poteſt etiam ſolā cum Aquā coctione idem
obtinēti, nempe Cornu friabile parte ſui
gelatinosā adeoque potiori viduatum, &
exiguæ præ igne calcinato virtutis.

ALOE DEPURATA.

R. Aloës Socotrinæ, quantum vis, ſolve
aqua fontanā ſimplici, (etiam absque co-
ctione, ut quibusdam placet,) folutam
filtrā, & in balneo Vaporofo exhalan-
do ad conſiſtentiam pilularum inſpiſſa.

AL.

ALOE INSUCCATA.

R. Aloës succo rosarum solutæ & inspissatæ libram unam.

Succi Rosarum,

Violarum purpurea-

rum,

Borraginis,

Buglossi, ana quan-

tum sufficit.

Imbibatur & denuò exsic-

cetur, usuique servetur.

○ ALOE INSUCCATA
TARTARISATA.

R. Aloës præscriptæ insuccatae,

uncias sex

Cremoris Tartari, uncias

duas.

Misceantur exactè & pro-

usu serventur.

○ ALUMEN TINCTUM
MYNSICHTI.

Paratur prout ab Authore docetur,

solvendo aluminis unciam unam

& Sanguinis Draconis, unciam

dimidiā subtilissimè pulveri-

satam.

In sufficienti quantitate AquæCar-

duibenedicti, & per filtrum tra-

jectum rursus coagulando, ut ar-

tis est.

Egregium antifebrile, ut & Alumen

tinctum in quartanâ per experientiam com-

probatum cum aquâ vitæ justâ dosi pro-

pinatum.

ANODINUM MINERALE.

Duplici ratione ac methodo obtineri solet,

vel à croci Metallorum, vel ab Anti-

monii diaphoretici præparatione &

e-dulcoratione, suo quæque loco do-

cendâ, ex aquâ illis edulcorandis adhi-

bitâ & ab illis residuâ, vel exhalatione

lentâ ad cuticulam usque in salem aut

crystallos salinas concrescens, aut eva-

AM.

poratione omnimodâ in pulverem sali-

num satiscaens. Quod à Croco Metal-

lorum supereft, quibusdam, ob com-

mercium, quod cum Antimonio non

dum satis fixato & à vi emeticâ vindic-

ato contraxerat, suspectum aliquatenus

habetur, nec ob vim emeticam ipsi qua-

dantenus adhuc inhærentem, satis tu-

tum censemur.

Alterum, quod ab Antimonio Diaphore-

tico recuperatum, tutius ac in febribus

præsertim ardentibus, in usu est satis fre-

quenti.

AMULETUM IN PESTE
HELMONTII.

Hoc, licet à quibusdam floccipenda-

tur, reverâ tamen multiplici experientiâ,

præsertim in bello Hungarico Cæstianos

inter & Rebelles sic dictos, gesto nuperrimè

demùm finito, peste isthic dirâ horren-

dùm grassante, à Medicis & Chirurgis Ca-

strensis millenis fortè experimentis com-

probatum, adeò ut Lippis fere nunc, ut

in proverbio est, & tonsoribus jam quasi

notum. Fit è bufonibus grandibus & gran-

dævis, Junio mense, pomeridiano tempo-

re præcipue captis, ac pedibus posterioribus

propè focum, substratâ è cerâ novâ pa-

ratâ patellâ, igne accenso, suspensi. Qui

triduo ut plurimum à suspensione vomiti

Saburram foedam ac cum illâ vermiculos

plurimos, muscarum instar alatos, ac viro-

re quodam resplendentibus eructant, iisque

rejectis moriuntur. Mortui & igne torre-

facti, ut in pulverem contundi queant, at-

que in eum redacti, cum saburrâ illâ vomitu

rejectâ & vermiculis patellâ cereâ ex-

ceptis ac unâ subactis sollicitè compin-

gendi, & in rotulas pollicem circiter latus

redigendi. Quæ (si ita placet, ut non-

nullis visum) Charactere originis suæ, bu-

fonis nimirum figurâ impressâ, signatae,

sindoni inclusæ ac funiculo bombycino,

aut lineo saltem annexæ à collo, sic, ut

Cordis regioni immineant, pendulæ ge-

standæ sunt, quo sæpius & diutius gestatae &

adhibitæ eò efficaciores à Peste præservan-

do sunt.

Bubo-

AN.

Bubonibus etiam & anthracibus emplasti loco impositæ virus alliciunt & aperturam illorum procurant.

• ANTIDOTUS MATHIOLI.

Speciosum magis, quam necessarium Medicamentum, rari hodiè, nec adeò præcipui, stante adhuc Theriacæ ac Mithridatii valore, usus, optimo jure exesse potuisset officinis nostris & catalogo: Vulgi tamen potius, quam judiciorum Medicorum arbitrio, dandum cum aliquid hâc in parte fuerit, relictus illi in catalogo & relinquendus etiam fuit in hoc dispensatorio locus. Parare itaque illud, qui volet, potest juxta Augustanæ Pharmacopœæ præsertim renovatae, quæ plerorumque Pharmacopœorum in manibus est, præscriptum.

ANTIHECTICUM POTERII.

R. Reguli Antimonii Martialis stellati (cujus parandi modum infra suo loco vide) partem unam.

Jovis Anglii, partes duas, colliquata successivè præmittendo Regulum Jovi, in crucibulo tecto, in pulverem comminue, cui adde Nitri optimè depurati (aut cum Sale armoniaco ex arte combinati, cuius methodum vide sis apud authorem Manum Poterianorum) triplum totius, & exactè misce. Mixta in crucibulo forti & ignito satis capaci, successivè singulis vicibus drachmam circiter injiciendo, detona, cave ne inter detonandum heterogenei quid, carbonum præsertim incident, postea crucibulo tecto, igne auctiori liqua, stentq; in fluore horæ quadransem circiter, refrigeratæ & in pulverem subiilem redactæ massæ, aquam pluviam calentem affunde; ac nitri portionem partem, pistillo saepius agitando, elue, effunde lacteum inde prolectum liquorem, idqne itera, donec in fundo nil nisi areculæ & impuritates, inter colliquandum fortassis illapse, reliquæ sint. Emulsiones omnes in vitrum aptum & capax effusæ, stent loco quieto tectæ, donec subsideant, tum decantatæ & per emporeticam colatæ aquâ pulvis candidissimus siccatur lento ac leni calore, pro antihecticu communi satis efficaci.

AN.

Nota 1. Variant nonnulli Jovis, respectu Reguli, proportionem, nos ipsum authorem, ratione & Experientia suffragante, secuti sumus.

2. Antihecticum supra dictum, pulvis nempe à Solutione & edulcoratione dicta restans candidus, antihecticu albi nomen & virtutes quadantenus communiter sustinet. Idem denuò in crucibulo mundo candente igne moderato aliquandiu reverberatus colorem sub cœruleum induit, & hâc formâ Pharmacopœis plerisque placet & usualis est.

3. Aliis (uti inter illos cuidam, sub nomine Peregrini Domini, verius Krafft, dicti, diu hic versantis,) prædictus ille pulvis pro vero Antihecticu Poterii non agnoscitur; Verum illum demum nomine illo dignum volunt, qui post edulcorationem supra memoratam, ex aquâ dictâ edulcorationis reliquâ, beneficio spiritus, quém Vitrioli Philosophicum vulgo vocant, à præcipitatione Mercurii Vitæ, sic dicti, aquâ simplici aut pluvia factâ, resultantis per præcipitationem acquiritur, insignem cum materia, aliis perlata dictâ affinitatem habens.

4. Hujus occasione nonnulli loco prædicti spiritus Vitrioli Philosophici pro præcipitando ex aquâ, cuius mentio modo facta, edulcorationis, pulvere antihecticu, utuntur Auri (aqua Regia soluti & spiritu salis armoniaci præcipitati, fulminantis alias dicti) solutione, Spiritus Salis ope acquisita, quâ mediante pulvis præcipitatus ex albo ad cœruleum aut violaceum potius colore vergens, per bibulam separandus & ritè edulcorandus, qui illis in usu est eximio. Alii loco solutionis hujus spiritu salis factæ, Solis Aquæ Regiæ beneficio soluti affusione præcipitant, ac post edulcorationem exactam in patellâ terreâ reverberatum adhibent & appellant ANTIHECTICUM SOLARE.

ANTIMONII CINNABARIS ET BUTYRUM.

R. Antimonii crudi optimè pulverisati aut super marmore triti, quantum vis, huic misce sollicitè terendo Mercurii sublimati corrofivi ana, inde retorta vitreæ capacis colli (si vis loricatae) stet in cellâ aut

6 DISPENSAT. REG. ET ELECTOR.

AN.

loco frigido & uido diem unum & alterum, orificio retortæ aperto, tum applicato recipiente capaci, juncturis optimè clausis, ex arenâ, aut quod melius balneo sicco, igne sensim graduato evoca prius Butyrum, ac si in collo, ob externum frigus nimium concreverit, & obdurationem colli minetur, admotâ cautè prunâ liquefaciendo destillationem in vas recipiens promove, sique justo ignis gradu Butyrum omne elice, quod postmodum vel digerendo vel rectificando, in liquorem seu oleum resolve, ac postquam Mercurium vivum resuscitatum, qui partim in collo retortæ suspensus, partim cum butyro in recipientem delapsus, sollicitè separaveris, olei seu butyri Antimonii nomine serva.

Butyri proventu serè cessante, ignem paulatim auge, suppressionis tandem quoque impositis retortæ desuper prunis, exhibito, & Cinnabaris aliquotam partem in retortæ collum sublima. Si verò copiosiorem desideras, postquam oleum seu butyrum omne igne moderato extillaverit, ignem cessa, retortâ refrigeratâ residuum exime, in pulverem comminue, ac additâ denuò Mercurii sublimati portione æquali, si vis, etiam arenæ purissimæ tantundem, (quæ opus haud parum facilitat, dum colligationem impedit) adde ac probè miscere, retortæ iterum committe, & igne ab initio gradatim aucto urge, atque Cinnabaris insignem imò duplo vel triplo majorem, quam aliàs sublimando quantitatem colliges.

Quam deinde vel sublimatione iterata per se factâ vel triturâ etiam exactissimâ, & subsequente aliquot, sex forte aut octo dierum digestione, saepius repetitis, depurabis & ulterius perficies.

Nota: Poterit etiam sublimatione sulphuris Antimonii cum Mercurio vulgari, Modo Ludoviciano obtineri Antimonii Cinnabaris; Sed uti vix majori compendio, sic fortasse nec insigni aliquo emolumento: quod enim tutiorem hanc priori quidam putant, gratis fortasse fit, præsertim si prior illa sublimatione sit aut digestione depurata & exaltata.

AN.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM chalybeatum seu Martiatum.

R. Antimonii crudi subtilissimè pulverisati, & Limatura Chalybis aut ferri subtilissimæ ac purissimæ partes æquales.

Nitri optimè depurati triplum respectu totius.

Misce conterendo exquisitè, tum successivè in crucibulo forti & valde capaci ignito, paulatim & pervices detona, expectando iemper, donec antecedens ab ebullitione cessaverit & liquefactum fuerit: Admodum enim ebullit; ac nisi cautè ac tardè processeris, atque crucibulum satis sit capax, effervescendo regurgitat. Cave ergò ne oleum perdas & operam, neve carbonum quid in crucibulum incidat, Regulum alioqui loco diaphoretici nancisceris. Ubi omnem detonuerit, crucibulum exactè tege, ac ignem auge, donec instar aquæ fluat, sique per quadrantem horæ, ac diutius, si potes, in fluore serva, tum in Mortarium ferreum mundum & calefactum infunde, ac induratum pistillo, etiam calente, comminue quam potes minutissimè, postea affusâ aquâ fervidâ, falsedinem Nitri aliquatenus elue; ac edulcora, tandemque siccatum super marmore laviga. Eodem propè modo etiam, loco Martis Jovem Anglicum sumendo paratur DIAPORETICUM JOVIALE dictum.

Nota: Cui modum Ludovicianum dissertatione prima, Pharmacie nostro seculo accommodanda propositum sequi placuerit, huic per nos integrum sit, nobis superior moderate edulcoratus, usu bacchanus comprobatus satisfecit, hinc in officinis nostris servandum duximus.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM SIMPLEX.

R. Antimonii crudi optimæ notæ, partem unam.

Nitri purissimi subtilissimè pulverisati, partes tres.

Con-

BORUSSO-BRANDENBURGICUM.

AN.

Conterendo misce exactè & in crucibulo capaci ignito detona successivè, ubi omnis materia detonuerit, crucibulum ritè tege, ne quid carbonum illabatur, tum aucto igne, super impositis etiam crucibulo prunis, intensò liqua, ac in fluxu, aliquantis per & quamdiu poteris, serva; Cave autem, ne nitrum fluens crucibulum perforando jacturam materiæ, temporis laboris ac impensarum pariat: Quamprimum igitur extra crucibulum flamمام solito lucidiorem in ipsius ambitu animadverteris, aufer ab igne crucibulum oxyūs, & uti supra dictum in mortarium ferreum mundum calefactum effunde, ac ubi induruerit, mox pistillo calido in pulverem reduc, edulcora ac serva. Sic unicà operatione Antimonium diaphoreticum fatis efficax ac tutum nancisceris.

Amant quidam & laudant, nec sine ratione quam infra, sub titulo Specifici Stomachici, videre poteris, minus edulcoratum & edulcorato ob insignes, quos experientia illorum comprobat, effectus, præferunt.

○ ANTIMONII FLORES.

Varii sunt, alii per sublimationem more communi in cucurbitâ terreâ aut vîtreâ benè loricatâ, igne aperto gradatim, sed cautè admodum administrato, ne nimis intendatur, atque antimonium p̄ematurè fundatur, sic albi, flavi, ac rubri flores sublimantur, seorsim solicite colligendi, & in usus quique suos servandi. Qui labor, nisi instituatur in cucurbitâ infernè tubulatâ, ut folle aut spirone adhibito sublimatio promoveri queat, id quod ipsum quoque cautione singulari indiget, rædiosus est admodum & ancipitis eventus.

Alii admixto sale Armoniaco depurato parantur sublimando rubri. Alii per solutionem fiunt & præcipitationem magis fixi. Solvendo nimirum Antimonii subtilissimè pulverisati unciam unam, in uncias tribus spiritus nitri bezoardici, (infra in bezoardico minerali docendi) digerendo leni calore horas viginti quatuor, donec antimonium in fundo vitri appareat albissimum. Tunc assusâ saepius spiritui Nitri bezoardicen aquâ destillatâ, aut aliâ limpidissimâ eluitur albedo quædam lactea, à residente in fundo

AN.

Vitri pulvere flavescente iteratò decantando separanda, donec non amplius lactescat aqua. Lactei illi prolecti liquores omnes confundantur in vitro puro ac quiescant aliquantis per, & separabitur pulvis albissimus, qui pro floribus Antimonii fixioribus venditatur.

○ ANTIMONII MERCURIUS.

Hic loci audit Mercurius in præparatione prædicti Butyri Antimonii resuscitatus, aliquod utut exiguum accessorium incrementum ab Antimonio mutuatus. Cui auctarium accedere potest, si Antimonium à destillatione primâ post sublimatam Cinabarinum, è retorta extrahatur, eique in pollinem redacto pars ad minimum æqualis, aut dupla potius Calcis vivæ vel limaturæ Martis misceatur, atque rurius destillationi ex retorta, igne gradatim, ad suppressionis usque & candescençie gradum adhibito, subjiciatur, tum enim Antimonii sulphur arrepto Marte saturatum, aut à Calce vivâ subactum, Mercurium penè omnem dimitit, qui tamen Mercurii Antimonii nomen gratis sibi vendicat.

Alias Mercuriorum Antimonii pardorum infiniti ferè tam in Tirocinis Chymicis, quam aliis autoribus commendantur processus, haud æquè omnes tum promissis autorum cum votis ac desideriis laborantium respondentes; adeo ut inter non entia ab incredulo illo Udeno Udenis, ut & magni alias nominis Rolfinckio, sit relatus, pro merito tamen suo à Becchero & Lancelotto vindicatus, cuius posterioris processum, quem in epistola ad Curiosos fatis fideliter communicat, cui sequi volupe erit, operosum quidem, genuinum tamen, si exactè cum secutus fuerit, reperiet.

ANTIMONII REGULUS MARTIALIS.

R. Chalybis frustulorum, calami scriptorii crasfitionem ac dimidii digitii longitudinem non excedentium, aut fragmentorum clavorum, quibus tegulæ aut equorum soleæ affiguntur, uncias quatuor. Inde crucibulo valido satis capaci, ac igne intensò furni anemii, aut follibus aucto, urge ut

AN. AP.

candescant, quibus tum adde Antimonii crudi, grossè avellanarum ad instar comminuti, uncias novem, liquecant una, liquatis cochlear unum alterumve Nitri purissimi ac siccissimi injice, ac ubi aquæ instar fluixerint, in conum effunde, bacillo ferreo idem leniter percutiendum, quòd in fundum secedat Regulus, quem refrigeratum à scorriis separa, & in pulverem redacti singulis unciis, singulas drachmas nitri pulverisati siccissimi atque purissimi misce ac colliqua, idque separatis scorriis denuo repete, sic Regulum obtinebis Martialem, optimè depuratum & si encheiresi accuratâ processeris, stellatum.

ANTIMONII REGULUS SIMPLEX.

Eadem quā Martialis encheiresi sit, Marte omisso, ac Nitri loco pulveris, qui Dominicantis fluoris nigri nomine venit, è Tartari partibus duabus & Nitri parte unâ mixtis & detonatis parati, proportione aquæli mixta.

ANTIMONII REGULUS MEDICINALIS.

Vide infra Febrifugum Cranii.

ANTIMONII VITRUM.

Fit calcinando Antimonium subtilissimè prius pulverisatum, in sartagine plani fundi terrea non vitreatà (quod optimum, ferro enim facile adhaerescit, difficulter separandum) aut ferreâ, rudicula ferreâ continue ne in grumos concrescat, movendo & agitando, donec nullum amplius emitat fumum; ac in pulverem gryseum aut ex fusco albicantem redactum fuerit, tum in crucibulo exactè tecto igne fatis intensò follium liquecat celeriter, donec aquæ instar fluat, hinc in pelvim æneam planam infundatur & ubi induruerit in frusta continuatur.

Nota, 1. Si inter calcinandum grumescat, quod [nisi indefessè & solerter id rudicula agites, igne intensiori, præsertim ab initio] facillimè contingit, cesset ignem, & refrigeratum denuo pulverisa, tere, ac majori adhibito studio agitando porrò calcina.

AP.

Nota, 2. Ut ut vitrum pellucidum præceteris se commendet, parum tamen ipsius obscuritas virtuti derogat, dummodo satis fuerit calcinatum. Interim si eleganter transparens desideres, calum pro labore hoc elige serenum, aut inter liquandum sulphuris parum aut Nitri adjicias. Alii Vitrum obscurum denudatum ut ante modendo calcinant, rursusque liquant, idque bis terve repetunt, donec voto respondeat; Quod si ne sic quidem satis transpareat, subtilissimè tritum spiritu æruginis superafuso per dies & noctes quatuordecim digerunt ac tinteturam extractam suis usibus seorsim servant.

APRI DENTES PHILOSOPHICE CALCINATI.

Calcinandi modum vide supra in cornu Alcis philosophicè calcinato descripsum.

AQVÆ DESTILLATÆ SIMPLICES.

Harum destillandarum ratio Pharmacopœorum fidei ac dexteritati merito relinquitur; hoc unum tantum monendo, ut conscientiae rationem habeant, nec aquæ communis nimium sint in destillationibus Vegetabilium prodigi.

AQVÆ SIMPLICES SPIRITUOSÆ AQVA CINNAMOMI.

R. Cinnamomi acuti, libram unam, Vini Rhenani vel Gallici, libras sedecim.

Spiritus Vini Gallici, libras duas. Infunde per noctem unam & alteram vase bene clauso, postea destilla lege artis ex arenâ igne moderato.

AQVÆ

AQ.

AQVÆ COMPOSITÆ

Circa aquas Compositas in antecedens sum notandum, ut ad illas, quæ Spiritum requirunt Vini, purum, ritèque de phlegmatum, minimè verò ab Essentiis Extractis, Tincturis ac solutionibus aliis abstracti- tium, qualitatibus specierum quibus ad- hibiti, peregrinis fortè inquinatum adhibeant Pharmacopœi, ne aquis hac ratione qualitatem alienam, adeoque effectui illarum desiderato noxam aliquam imprimant, & medicantis intentionem cātenus turbent aut intervertant.

○ AQVA ALEXIPHAR-
MACA.

R. Cornu Cervi raspati, uncias duas.
Santali Citrini,
Radicum Angelicæ,
Vincetoxici,
Morsus Diaboli,
Tormentillæ,
Bistortæ ana drach- mas duas.
Zedoariæ, ana drach- mas duas semis.
Foliorum Scordii
Galegæ
Scabiosæ
Florum Rosarum rubrarum, ana manipulum semis.
Calendulæ,
Borraginis,
Buglossi,
Papaveris Rhoeados,
ana pugillos duos.
Seminis Citri,
Carduibenedicti,
Napi,
Aquilegiae,
Acetosæ,
Baccarum juniperi, ana drach- mam unam semis.

AQ.

Corticum Citri extimorum re- centium, unciam semis.
Camphoræ,
Ligni Aloës, ana drachmam se- mis.
Succi citri recentis, libram unam.
Aceti Rosacei, libras duas.
Concisa & contusa infunde, stent vase clauso biduum aut triduum in loco calido, dein destilla Maris balneo.

○ AQVA AD MEMBRA
TABIDA.

R. Cor, sanguinem & Jecur vituli, ut nonnullis videtur, nigri, Herbae salviæ minoris, manipu- los duos.
Incidantur minutissimè & ē balneo destillentur, huic destillato adde
Herbarum Salviæ, manipulum unum.
Rorismarini, unciam unam.
Florum Lavendulæ,
Hyperici ana unciam semis.
Spicæ Celticæ, unciam unam,
Seminis erūcæ, unciam semis.
Galangæ,
Cinnamoni acuti,
Caryophyllorum,
Piperis longi, ana unciam unam.
Incidenda incidentur, quibus affun- de superius destillatum, &
Vini Malvatici mensuram unam semis, stent infusa octiduum loco calido, tunc destillentur
C balneo

AQ.
balneo Maris, destillato liquo-
ri adde Moschi drachmam se-
mis.

AQVA ANHALTINA.

R. Terebinthinæ, libram semis.
Thuris masculi, unciam unam.
Ligni Aloës, uncias tres.
Caryophyllorum,
Cinnamomi acuti,
Cubebarum,
Florum Anthos,
Galangæ,
Granorum Mastiches,
Nucifæ, ana drachmas sex.
Croci Orientalis integri drach-
mas duas cum semis.
Baccarum Lauri,
Seminis Fœniculi ana unciam
semis.

Pulverisata infundantur in spiritus Vini
libris quinque, digerantur per dies sex tan-
demque, additis Moschi in petiâ legati &
alembici rostro impositi, granis quindecim,
destillentur lentissimo balnei calore. Quod
clarum est separetur a turbido & seorsim
servetur.

AQVA ANTIFEBRILIS.

R. Extracti radicum Imperatoriæ,
Asari,
Pimpinellæ,
Enulæ,
Calami aro-
matici,
Herbarum recentium Argentinæ,
Centaurii
minoris,
Carduibe-
nedicti,
Scordii ana
unciam se-
mis.

AQ.
Radicum Diptamni albi,
Zedoariæ,
Galangæ,
Gentianæ, ana drach-
mas duas.

Seminis Carduibenedicti, un-
ciam unam semis
Florum Chamomillæ, pugillos
duos.

Aquæ radicum Scorzoneræ,
Centaurii minoris,
Veronicæ,
Cuscute,
Scordii, ana libram semis.

Vini Carduibenedicti, libram
unam
Stent per diem & noctem infusa
in alembico bene clauso, loco
calido, post adaptato re-
cipiente, juncturis sollicitè
clausis igne lento destille-
tur.

Ex residuo fiat, ut artis est, ex-
tractum antifebrile suo loco
reperiendum.

AQVA ANTIPHTHISICA.

R. Cor, hepar & pulmonem vituli,
(haud absque omni supersti-
tione) nigri, recens maestati, ac
parum vase clauso coeti, minu-
tissimè concisi, cui in cucurbi-
tâ vitreâ adde.

Radicum Symphyti majoris, un-
cias quatuor.

Tusilaginis, uncias
duas.

Liquiritiæ, unciam
unam.

Chinæ,
Cinnamomi acuti, ana unciam
semis.

Scobis

BORUSSO-BRANDENBURGICUM. 11

<p>AQ.</p> <p>Scobis ligni sassafras, unciam unam.</p> <p>Herbarum Tusfilaginis, Scabiosæ, Veronicæ, Pulmonariæ, Marrubii albi cum floribus, Salviae minoris, ana unciam semis.</p> <p>Florum violarum, Buglossi, Papaveris erratici, Bellidis minoris hor tensis rubri, ana drachmas tres.</p> <p>Medullæ panis Triticei, libram semis.</p> <p>Aquæ Plantaginis, Borraginis, Buglossi, Hederæ terrestris, Tusfilaginis, Veronicæ, recens destillatarum ana libram semis. Stent in fusa biduum, post adde Lactis caprini libras quatuor, Sangvinis porcelli unius, Fiat tandem è Maris balneo de stillatio, ut artis est.</p>	<p>AQ.</p> <p>Destillatum loco frigido, pro foventâ parte affectâ, servandum.</p> <p>Quibusdam pro summo arcano habetur proximâ affinitate aquæ florum omnium juncta.</p> <p>○ AQVA ANTISCORBUTICA DORNCREILII.</p> <p>R. Radicum Raphani sylvestris a cerrimi, libras quatuor. Polypodii quercini mundati & selecti, unciam unam semis.</p> <p>Corticum radicum Capparum, drachmam semis.</p> <p>Herbarum Absinthii Romani, Cuscutæ, Epithymi, Florum Violarum, Borraginis, Buglossi, Rosarum ana drach mam unam.</p> <p>Seminis Fœniculi, unciam unam. Cardamomi, uncias duas. Croci Orientalis, drachmam unam.</p> <p>Radices Raphani incidentur in orbiculos tenuissimos, reliqua pulveris entur, & in fundantur in Vini Rhenani albi generosi libris sedecim, stent in infusione loco calido per octiduum, vase quotidie semel atque iterum agitato, dein adde Aquæ Cochleariae, Anagallidis aquaticæ, Nasturtii aquatici, ana libram unam semis.</p> <p>Aquæ Chamædryos, Fumariae, ana libram unam.</p>
<p>○ AQVA ANTIPODAGRICA.</p> <p>R. Contenta ventriculo Cervi, si recens haberiposint, aut ejus defectu bovis recens maestati, Spermatis ranarum, ana partes æquales.</p> <p>Misce & alembico vitro, balneo Maris, calore moderato destillentur,</p>	<p>Radices Raphani incidentur in orbiculos tenuissimos, reliqua pulveris entur, & in fundantur in Vini Rhenani albi generosi libris sedecim, stent in infusione loco calido per octiduum, vase quotidie semel atque iterum agitato, dein adde Aquæ Cochleariae, Anagallidis aquaticæ, Nasturtii aquatici, ana libram unam semis.</p> <p>Aquæ Chamædryos, Fumariae, ana libram unam.</p>

AQ.

Seri lactis caprini, libram unam
semis.

Misceantur & destillentur igne
convenienti ē balneo maris.

Nota; Aquæ Fumariae, quam Author requiri-
rit, compositæ simplicem substituimus,
ob incongruum plurimorum destillatio-
ni minus aptorum ingredientium addi-
tamentum. Morum, que virtutem ali-
quam promere, atque huic composite
communicare possunt, dosin convenien-
tem prioribus speciebus addendo.

AQVA ANTISCORBUTICA OFFICINALIS, SEU TEMPERATA.

R. Herbarum omnium recentium
Acetosæ,
Agrimoniæ,
Becabungæ,
Chelidonii minoris,
Cichorii,
Cochleariæ,
Cuscutæ,
Fumariæ,
Trifolii aquatici,
Veronicae, ana manipulos
tres.

Incisæ misceantur, superfusis aquis ea-
rundem propriis, ana sufficienti quantitate
& per balneum maris destillentur ad sicci-
tatem, cavendo empyreuma.

o AQVA APOPLECTICA LANGII.

R. Radicum Aristolochiae rotundæ,
Calami aromatici,
Iridis Florentinæ, ana
unciam unam semis.
Herbarum Ivæ arthriticæ,
Majoranæ,
Florum Rorismarini,
Primulæ Veris, ana mani-
pulum unum.

AQ.

Seminis Fœniculi,
Pœoniæ,
Sileris montani, ana dra-
chmam unam.

Ligni Aloës, drachmas duas.

Gummi Juniperini,
Myrrhæ,
Opopanaxis,
Sagapeni, ana drachmā
unam semis.

Caryophyllorum,
Cubebarum,
Nucistæ, ana drachmas tres.
Cardamomi,
Cinnamomi ana drachmas duas,
Piperis longi, drachmam unam.

Contusa infundantur in aquæ
Betonicæ,
Florum Tiliæ,
Herbæ Paralyseos,
Salviæ ana librâ unâ.

Stent infusa octiduum, tum leni-
arenæ calore vasis vitreis destillen-
tur.

Nota; Specierum alias huic compositioni ad-
di solitarum loco, eorum que destilla-
tioni apta, ingredientium, aromatum
presertim dosin proportionatam substi-
tuimus

o AQVA APOPLECTICA CUM MOSCHO & SINE MOSCHO.

R. Vini Malvatici, vel Hispanici ge-
nerosi libras sex.

Spiritus Vini anisati, rectificati
libras octo.

Cerasorum nigrorum, li-
bras duas.

Aquæ Liliorum convallium sine
additamento, balneo vapo-
roso elicatae, libram unam.
Quibus

BORUSSO-BRANDENBURGICUM. 13

AQ.

Quibus immagnetur successivè
suo quæque tempore subse-
quentia.

R. Radicum recentium Pœoniæ,
unciæ duæ.

Doronici veri, unciæ
duæ semis.

Cyperi rotundi, un-
cia una.

Zedoariæ, uncia una
semis.

Herbarum recentium

Basilici,
Betonicæ,
Calaminthæ mon-
tanæ,

Hormini,
Majoranæ,
Menthæ odoratæ,
Pulegii,
Rorismarini,
Salviæ,
Serpilli,
Thymi florentis,
ana unciæ qua-
tuor.

Florum recentium Acaciæ,
Cheiri,
Lavendulæ,
Liliorum conval-
lium,
Paralyseos,
Pœoniæ,
Tiliæ,
Tunicæ, ana unciæ
tres.

Seminis Coriandri, uncia una se-
mis.

Cardamomi minoris,
non enucleati sed
selecti unciæ duæ.

AQ.

Cubebarum, uncia una
semis.

Cinnamomi optimi, unciæ sex.

Caryophyllorum, unciæ duæ,
Nucum Moschatarū, unciæ tres.

Baccarum Juniperi,
Lauri, ana unciæ duæ.

Ligni Rhodii,

Santali citrini, ana uncia
una semis,

Aloës optimi, uncia una.

Corticum Aurantiorum, recen-
tium extimorum,

Citri recentium exte-
riorum, ana uncia
una semis.

Tandem omnia spiritus Vini Gallici quan-
titati sufficienti dies aliquot infusa destillen-
tur balneo vaporoso ad siccitatem ferè spe-
cierum, ac destillans inde Aqua pro Apople-
ctica simplici seu sine Moscho servetur.
Quam si cum Moscho volueris, rostro ca-
pitelli impositis

Ligni Aloës optimi, incisi, dra-
chmâ unâ.

Ambræ gryseæ drachmâ semis.
Moschi optimi Orientalis, scru-
pulo uno.

Destilla ac absolutâ destillatione in vi-
tris optimè clausis servâ. Utraque nobis, cum
sexus muliebris, paucis exceptis, Moschum
& Ambram abominetur, officinalis est. Ita-
que media hujus infusi ac destillati pars illis
imbui, sique compleri solet.

Residuum à destillatione affuso conve-
nienti liquore de novo destillari potest, pro
aquâ apoplectâ secundariâ.

AQVA APOPLECTICA PAUPERUM.

R. Florum suo tempore collecto-
rum, Liliorum Conval-
lium, rore madentium,
Primulæ Veris,
Tiliæ, ana manipulos duos

D

An-

AQ.
 Anthos,
 Lavendulæ cum foliis,
 Thymi, ana manipulum unum.
 Zedoariæ, drachmas sex,
 Macis,
 Caryophyllorum,
 Cardamomi minoris,
 Cinnamomi, ana drachmas tres.
 Infundantur in Vini albi generosi &
 spiritus vini aut saltem frumenti rectificati,
 ana ad eminentiam sex digitorum, digeran-
 tur octiduum in cucurbitâ optimè clausâ, po-
 stea lege artis distillentur.

o AQVA ARTHRITICA.
 R. Radicum Pœoniæ, unciam semis.
 Cyperi rotundi,
 Iridis Illyricæ,
 Pyrethri, ana drachmā
 unam semis.

Herbæ Betonicae,
 Ivæ Arthriticæ,
 Lavendulæ,
 Majoranae,
 Pulegii,
 Salviæ, ana manipulum
 unum.
 Rorismarini manipulos
 duos.

Florum Lavendulæ,
 Spicæ nostratis,
 Stœchados Arabicæ, ana
 pugillos tres.
 Chamomillæ Romanæ,
 Sambuci,
 Verbasci, ana drachmas
 sex.

Caryophyllorum aromaticorum
 drachmas duas.
 Cinnamomi electi, unciam semis.
 Cardamomi,
 Cubebarum, ana drachmam u-
 nam semis.

AQ.
 Nucis Moschatæ,
 Baccarum Juniperi, ana dra-
 chmas sex.
 Lumbricorum terrestrium à for-
 dibus mundatorum mani-
 pulos duos.
 Incisa & contusa infundantur in spiri-
 tus Vini rectificati, libris sex.
 Stent in infusione octiduum, postea
 destillentur balneo maris, ut artis est.

AQVA ASTHMATICA.
 R. Radicum Enulæ, uncias duas.
 Iridis Florentinæ,
 Bryoniæ recentis ana
 unciam unam semis.
 Angelicæ,
 Aristolochiæ rotundæ,
 ana unciam semis.
 Calami aromatici,
 Liquiritiæ rasæ,
 Petroselini, ana uncias
 tres.

Herbarum Calaminthæ,
 Capillorum Veneris,
 Hyssopi,
 Marrubii,
 Scabiosæ,
 Tusfilaginis,
 Veronicae, ana mani-
 pulum unum.

Seminis Fœniculi,
 Nigellæ,
 Urticæ, ana unciam unam
 semis.

Florum trium cordialium, ana
 manipulum semis.

Caricarum pinguium, numero
 septem.

Jujubarum, numero quindecim,
 Incisa & contusa infunde in Vini
 Rhenani libris quinque per biduum
 loco calido, deinde adde.

AQ.

Aquæ Anisi cum Spiritu Vini
paratæ libras tres.

Hyssopi.

Marrubii,

Scabiosæ,

Veronicæ, ana libram u-
nam semis.

Fiat secundum artem destilla-
tio ē balneo maris.

Nota; Carice & Jujube parum admodum
aut omnino nihil huic destillato contribu-
unt, mucilaginosa ipsorum dulcedine a-
lembicum haud transcendentē, sed in
residuo manente, mori tamen hic paren-
dum fuit.

○ AQVA ASTRINGENS

PANIS

vulgò dicta.

R. Medullæ panis albi triticei un-
cias tres cum semisse.

Nucis Moschatæ unciam unam
semis,

Radicum Tormentillæ, unciam
unam.

Rasuræ Cornu Cervi, unciam
semis

Vini Rubri optimi validè astrin-
gentis mensuram
unam semis.

Infusa destilla ut artis est, vitro
idoneo igne lento
sufficienti.

Nota; Extractum ē residuo, aut essentia,
bujus destillati, beneficio loco menstrui
adhibito, ritè & ex arte facta, cum e-
iusdem proportione debitâ ac convenien-
ti dosi, vehiculi loco propinata, indicatio-
ni dubio omni remoto, magis conveni-
ret & intentioni medentis satisfaceret.

AQVA BENEDICTA RU-
LANDI.

Communiter ita paratur: R. Croci Metal-
lorum, unciam unam, in pulverem red-

AQ.

actam infunde Vini Gallici optimi uni-
ciis triginta. Stent per horas Viginti qua-
tuor in digestione, tum sollicitè trajicia-
tur per chartam duplē emporeticam,
ne quid subtilissimarum particula-
rum Croci penetrans atrocia sympto-
mata pariat.

AQVA CALCIS RULANDI.

ad membra ambusta.

R. Calcis vivæ uncias quinque, solve men-
suris quatuor aut quinque aquæ fonta-
næ in vase æneo sponte ebulliendo, tum
filtretur; Huic vitrioli adde quantum
sufficit donec cœruleescat, tandem adde
Sacchari Saturni, quanto opus, donec
laetescat.

○ AQVA CAPONIS.

R. Caponem, evisceratum & in frusta dissec-
tum, pinguedine sequestratâ, coque in
ollâ optimè operculatâ, & occlusâ, quan-
titate sufficiente aquæ ad justam molli-
tiem, exeritum in pultem contundendo
redige, quam brodio dilutam exime.
Nunc

R. Hujus brodii expressi, libras duas
semis.

Aquæ Borraginis,
Buglossi, ana libram unam
semis.

Florum Borraginis,
Buglossi,
Rosarum,
Violarum, ana drachmas
duas.

Cinnamomi electi & acutissimi
unciam unam.

Destillentur secundum artem ē cu-
curbitâ Vitreâ.

Nota; Juscum ex his ingredientibus ritè
concinnatum, dubio omni procul magis
foret analepticum,

AQVA CARBUNCULI OPTI-
MA CUM MOSCHO.

R. Herbarum Betonicæ,
Lavendulæ,

Majo-

AQ.
 Majoranæ,
 Salviae minoris,
 Spicæ, ana unciam unam.
Florum Borraginis,
 Lilio rum convallium,
 Rorismarini,
 Violarum, ana uncias sex
 Baccarum Juniperi,
 Seminis Pœoniae,
 Cardamomi,
 Caryophyllorum,
 Cinnamomi,
 Cubebarum,
 Galangæ,
 Granorum Paradisi,
 Macis,
 Nucis Moschatæ,
 Zinziberis albi, ana drachmam
 unam.
Rasuræ Cornu Cervi, drachmam
 semis.
Incidentur & infundantur in
 Aqua Fragorum,
 Lavendulæ,
 Rosarum,
 Spicæ, ana libris tribus.
Vini albi Rhenani generosi libris
 quinque.
 Stent in infusione loco tepido per
 octiduum, postea balneo maris evo-
 catæ aquæ spirituofæ, ad speciem
 vulgi ergo addantur.
 Foliorum Auri minutim discer-
 ptorum numero circiter viginti,
 Imposito sub destillatione, alem-
 bici rostro.
 Moschi, scrupulo semis,
Nota 1. Margaritarum, ossis de corde Cer-
 vi, & lapidis percarum, utpote que li-
 quori, destillatione balnei præsertim,
 virtutis nihil tribuere possunt, additio-
 nem, jacturam earum inutilem esse
 censuimus.

AQ.
Nota 2. Moscho demto, mulierum præser-
 tim gratiâ, eodem paratur modo ac si-
 ne Moscho audit.
Nota 3. Residuo
 Aquæ Florum Tiliæ,
 Lavendulæ,
 Rosarum, ana
 quantum suffi-
 cit.
Ad aliqualem eminentiam affundendo ac
 rursus destillando, sit
 Aqua Carbunculi secundaria.
AQVA CARMINATIVA
 DORNCREILLII, PHYSOGONA
 IPSI DICTA.
 R. Florum Chamomillæ Romanæ,
 manipulos triginta sex.
 Infunde in Aquæ Chamæmeli li-
 bris duodecim.
 Stent in infusione octiduum, tunc
 cum forti expressione colen-
 tur, Colaturæ prælo expres-
 sæ inde
 Corticum Aurantiorum extimo-
 rum, drachmas sex.
 Herbarum Absinthii Pontici,
 manipulum semis.
 Centaurii minoris,
 Origani,
 Pulegii, ana pugillos
 duos.
 Seminis Anethi, uncias duas,
 Anisi,
 Fœniculi, ana unciam
 unam.
 Cardui benedicti, drach-
 mas duas.
 Cardui Mariæ, drach-
 mas sex.
 Carvi unciam semis.
 Baccarum Juniperi,
 Lauri,
 Radicum

BORUSSO-BRANDENBURGICUM. 17

AQ.

Radicum Calami aromatici,
Zedoariæ, ana drachmas duas.
Cinnamomi acuti, unciam semis.
Vini albi Generosi Rhenani li-
bras tres.

Stent in digestione octiduum, tum Va-
sis vitreis è balneo maris destillentur.

Nota; Ternam Authoris infusionem, baud
adeò necessariam, additamento carmi-
nantium generosiorum pensavimus.

AQVA CEPHALICA CARO- LI V. IMPERATORIS.

℞. Summitatum Majoranæ,
Melissæ,
Origani,
Florum Anthos,
Lavendulæ,
Liliorum convallium,
Rosarum rubrarum,
Salviæ, ana manipulos
quatuor.
Caryophyllorum,
Nucis Moschatæ, ana uncias duas
Cardamomi,
Cinnamomi,
Cubebarum,
Granorum Paradisi,
Macis ana unciam semis.

Scissa & contusa grosso modo infunde
in spiritus Vini optimi, libris sex.

Stent per dies sex in loco calido & po-
stea lege artis destillentur.

Si libuerit, Ambræ gryseæ &
Moschi grana aliquot, aliquotæ
illius destillatæ parti, aut rostro etiam alem-
bici imponi poterunt, pro iis, qui ferre o-
dora possunt. Aliis tornu Solis optimi par-
te modicâ tincta, sub nomine aquæ Cepha-
lice rubræ venit.

○ AQVA CERASORUM LAVENDULATA.

℞. Cerasorum nigrorum, libras vi-
ginti.

AQ.

Florum Lavendulæ recentium,
manipulos sex.

Visci Quercini,
Seminis Erucae, ana uncias duas.
Incisis & contusis

Affunde Vini Rhenani mensu-
ras octo,

Stent infusa dies quatuordecim,
tum distillentur vasis idoneis, ut
artis est.

AQVA CINNAMOMI BOR- RAGINATA SEU CORDIALIS AUGUSTANORUM.

℞. Cinnamomi electi, libram se-
mis, in pulverem crassum re-
dactæ affunde,
Aquæ Florum Rosarum Dama-
scenarum,
Borraginis,
Buglossi,
Violarum, ana libras duas.
digere per triduum & lege artis
destilla.

Nota. Parari quoque potest loco Aquarium
solo adhibito pro infusione succo Boragi-
nis, sed minus quam predicto grato sa-
pore predicta.

AQVA CINNAMOMI CYDONIATA.

℞. Cinnamomi acuti uncias quatuor
Succi Cydoniorum, mensuras
duas semis.

Destillentur l, a, è Maris balneo.

AQVA CINNAMOMI CY- DONIATA COMPOSITA.

℞. Cinnamomi acuti, uncias qua-
tuor.

Masticæ electæ Chiæ, drach-
mam semis.

E

Nucum

AQ.

Nucum moschatarum, numero tres.

Succi Cydoniorum, libras duas.
Stent infusa triduum, postea destillentur per balneum.

o AQVA CINNAMOMI
CONTRA PESTEM.

R. Cinnamomi optimi, libram unam
Radicum diptamni albi,
Angelicæ, ana libram
semis.

Vincetoxici,
Contrayervæ, ana un-
ciam semis.

Vini generosi & odori,
Aquæ Rosarum, ana libras tres
cum semisse.

Incisa & infusa macerentur in obturato optimè vase octiduum,
tum è maris balneo vitreis organis destillentur.

o AQVA CITRI COM-
POSITA EX SUCCIS.

R. Pomorum Citri cum pulpâ & feminibus in frusta dissectorum,
numero sex,
Succi Rosarum rubrarum,
Acetosæ,
Borraginis,
Citri recens expressi,
Endiviæ,
Galegæ,
Melissæ, ana libram unam
semis.
Carduibenedicti,
Scordii, ana libram unam.

Omnia per residentiam depurata stent
in loco calido horas viginti quatuor, po-
stea destillentur Maris balneo.

AQ.

Nota; Rasuram cornu cervi pondere uncia-
rum sex antebac aquæ huic destillande
addi solitam, cum leni bac balnei destil-
latione nit virium aquæ largiri possit,
omittendam censuimus, sit tamen cui-
que liberum addere illam aut omittere.
Idem quoque de Citri succo dicendum fo-
let, utpote de aciditate suâ parum huic
aque, leni adeò igne destillata, commu-
nicante, nisi basi hujus aquæ sic subru-
tâ totum ejus caderet edificium, cui ta-
men Medici nonnulli magnam in febri-
bus ardentibus curandis spem superstru-
unt, quo nomine cum catalogo Medicina-
mentorum hic usualium inserta, dan-
dus fuit & in hoc nostro dispensatorio
illi locus.

AQVA CITRI CUM SPIRITU
VINI.

R. Corticum recentium Citri, con-
scissorum libram unam.

Infundatur cum spiritus Vini libris octo
per biduum, postea è balneo Maris destil-
letur, & edulcoretur saccharo clarificato,
quantum sufficit ad gratiam.

AQVA CONTRA CALCU-
LUM EX NUCLEIS.

R. Amygdalarum amararum,
Nucleorum Persicorum contu-
forum, ana nume-
ro quinquaginta.
Cerasorum nigro-
rum, numero cen-
tum.

Florum Sambuci, manipulum
unum.

Vini Rhenani generosi, libras tres.
Contusa stent per dies octo in infu-
sione loco calido, dein destillentur
lege artis per balneum maris.

o AQVA CONTRA CALCU-
LUM MARCHIONIS.

R. Radicum quinque aperientium,
Acori

BORUSSO-BRANDENBURGICUM.

19

AQ.

Acori veri,
Enulæ,
Eryngii,
Liquiritiae,
Ononidis,
Peucedani,
Valerianæ, ana uncias
duas.
Galangæ minoris, unciam
unam.
Sanguinis Cervi,
Hirci, ana drachmas
sex.
Cinnamomi acuti,
Corticum Aurantiorum,
Fraxini, ana unciam
unam.
Baccarum Juniperi,
Lauri,
Seminis Cicerum rubrorum, ana
unciam semis.
Fructuum Alkekengi,
unciam unam.
Dauci nostratis, uncias
duas.
Anisi,
Malvæ,
Bismalvæ,
Citri,
Fœniculi,
Hyoscyami,
Milii Solis,
Nasturtii, ana drach-
mas septem.
Nucleorum Ceraforum,
Persicorum, ana
unciam unam.
Florum Betonicæ,
Bis Malvæ,
Cardui stellati,
Genistæ,

AQ.

Ononidis,
Foliorum Afari,
Ononidis,
Parietariæ,
Raphani,
Saxifragiæ,
Herbæ Adianthi albi,
Capillorum Veneris,
Polytrichi aurei,
Pulegii,
Virgæ aureæ, ana mani-
pulum unum.

Incidentur & contundantur grossè,
postea infundantur in sufficienti quantitate
Vini Rhenani optimi, stent per dies qua-
tuordecim in digestione, tum destillentur,
addendo tandem & miscendo succi Limo-
num recentis uncias sex.

AQVA CONTRA COLICAM.

R. Radicum Angelicæ,
Radicum Calami aromatici,
Zedoariæ, ana unciam
semis.
Seminis Anethi,
Anisi,
Carvi,
Dauci,
Eœniculi,
Nigellæ,
Sileris montani, ana un-
cias duas.
Petroselini Macedonici,
unciam semis.
Florum Chamomillæ Romanæ,
manipulos duos.
Sambuci,
Foliorum Menthæ,
Melissæ,
Origani,
Pulegii, ana manipu-
lum unum.

AQ.

Corticum Aurantiorum,
Citri, ana uncias duas.
Baccarum Juniperi,
Lauri,
Cinnamomi electi, ana unciam
unam.
Spiritus Vini optimi, libras de-
cem.
Stent in digestione, & postea, ut artis
est, destillentur.

o AQVA CONTRA GO-
NORRHOEAM.

R. Radicum Iridis Florentinæ,
Foliorum Dictamni,
Menthæ siccæ, ana un-
ciam unam.
Seminis Agni casti,
Rutæ,
Lactucæ, ana drachmas
sex.

In pulverem redacta indantur cu-
cturbitæ vitreæ, addantur
Terebinthinæ Venetæ aut depu-
ratæ, unciae tres.
Affunde Vini albi generosi, uncias
viginti.

Super imposito alembico, adaptato re-
cipiente, juncturis optimè clausis, balneo
vaporoso, igne moderato distillentur ad sic-
titatem, ac in vale follicite obturato aqua
inde nata servetur.

o AQVA CORDIALIS HERCU-
LIS SAXONIÆ FRIGIDA
DICTA.

R. Succi Borraginis,
Buglossæ,
Melissæ,
Acetosæ,
Oxylapathi,
Trinitatis,

AQ.

Bistortæ,
Cyani florum
Calendulæ,
Limonum,
Citri,
Aceti Vini, ana libram unam.
Seminis Citri,
Portulacæ, ana unciam
unam.
Terræ Sigillatae Strigenis,
Lemniæ,
Boli Armenæ Orientalis, ana
drachmas tres.
Specierum trium santalorum,
drachmas duas.
Camphoræ, drachmam unam.
Infundantur dictæ species tri-
duum in vase vitro, tum
Maris balneo destillentur.

Nota; Aqua hec judicio non satis eliminata
à primo Autore prescripta, succis illis
acidis, ac terris fixioribus, balnei Calore
nil quicquam aut parum quod intentio-
ni satisfaciat, contribuentibus, vix locum
hic meretur, cum tamen officinalis du-
dum fuerit & usus, & adhuc qui-
busdam in usu esse dicatur, consuetudi-
ni aliiquid, ne quid desiderari videatur,
etiam preter rationem fere, dandum
esse duximus.

o AQVA CORDIALIS TEM-
PERATA.

R. Succi Acetosellæ,
Borraginis,
Buglossi,
Galegæ,
Melissæ,
Myrrhidis Sativæ, ana li-
bram semis.
Pentaphylli,
Pimpinellæ, ana libram u-
nam semis.

AQ.

Citri seu Limoniorum, libras duas.

Florum Calendulae recentium,
Cyani, ana libram semis.
Nymphaeæ albæ recentium, uncias octo.
Anthos, unciam semis.
Lavendulae, drachmam unam.

Seminis Citri recentis, unciam semis.

Ocymi Caryophyllati, drachmas duas.

Corticum Citri exteriorum recentium,
Santali Citrini, ana unciam semis.
Agallochi, seu ligni Aloës odoratissimi, drachmas duas.
Cinnamomi electi, uncias tres.
Cardamomi, drachmas tres.
Caryophyllorum,
Galangæ,
Macis,
Nuciferae, ana drachmam unam semis.

Croci optimi, drachmam semis.
Vini Generosi Rhenani, libras duas.
Aceti Vini optimi, libram semis.
Aquæ Cerasorum nigrorum,
Fragorum,
Rosarum incarnatarum,
Rubi Idæi, ana libram unam.

Digerantur omnia vase probè clauso octiduum, tum Balneo Maris è vasis vitreis destillentur ut artis.

Hujus pars aliqua, quarta fortè Mofchi & Ambræ, ana granis quinque, pro iis qui ferre possunt, imbuta seorsim aservari poterit.

Nota. Succum illum Citri aut Limoniorum acidum parum equidem aut nihil forte aque huic, leni adeò balnei Calore destillata conferre, extra dubium est, sed assurgendum & sic consuetudini.

AQ.

AQVA CORDIS CERVI COMPOSITA.

R. Cordium Cervinorum recentium, numero tria vel quatuor, minutim concisis adde

Florum Borraginis,
Buglossi, ana manipulum unum.

Lavendulae,
Liliorum convallium, ana pugillum unum.
Rorismarini,

Foliorum Carduïbenedicti,
Majoranae,
Melissæ,
Ocymi,
Salviæ, ana manipulum semis.

Seminis Basíliconis, unciam semis.

Corticum Citri recentium, uncias sex.

Cinnamomi, drachmas sex.
Caryophyllorum,
Galangæ,
Ligni Aloës,
Santali Citrini,

Maceris,
Zedoariæ, ana drachmas tres.

Croci Orientalis, scrupulos duos.

Concisis superfunde Vini Gallici albi generosi, libras septem.

Aquæ Melissæ, libram unam semis.

Borraginis,
Buglossi, ana libram semis.

Digerantur triduum, postea fiat è balneo Maris destillatio.

F

AQVA

AQ.

AQVA CORNU CERVI è TE-
NELLIS CUM VINO.

℞. Cornuum Cervi novellorum li-
bras tres.

Radicum Bistortæ,
Dictamni albi,
Scorzonerae, ana un-
ciam unam.

Herbarum recentium Scordii,
Carduibenedicti,
Galegæ, ana ma-
nipulos duos.

Florum quatuor Cordialium,
ana manipulum semis.

Seminis acetosæ,
Angelicæ, ana unciam
semis.

Pomorum Citri, numero tria.

Vini generosi, mēnsuras tres.

Aqua Scordii quantum sufficit,
fiat destillatio lege artis.

AQVA è TYPHIS CERVORUM SIMPLEX.

Paratur è typhis recentibus succulentis
ac sanguine turgidis minutissimè concisis,
organis vitreis beneficio balnei maris se-
cundum artem destillando.

AQVA DYSENTERICA DE TRIBUS.

℞. Succi acaciæ Germanicæ seu pru-
norum sylvestrium,
recens expressi,

Pyrorum Sylvestrium im-
maturorum,

Foliorum Quercinorum
recens contusorum,
ana partes æquales.

Misce, destilla, destillatum usui
serva.

*Nota; Aque bujus, Authoris incerti, alias
inter descriptiones ad inscrendum ob-*

AQ.

late compositio, speciosa primâ fronte
promittens, parum in recessu habere vi-
detur. Effectus ejus ab astringenti vir-
tute ingredientium, cui Authoris inten-
tio dubio procul innititur, exspectatus,
ipso Autbore adhuc incertior est: Virtus
enim illa astringens igne arena forte
exprimenda, ob empyreuma, hac ratio-
ne inevitabile, nauseabunda, vix ac
ne vix quidem, moderationi autem bal-
nei calore neutiquam alembicum trans-
cendit, prater aquam insipidam, ut sa-
poris, sic virtutis omnis ferè expertem
nil prebet, hinc locum illa hic vix merere-
tur, nisi illa extenus destillata, residuum
succorum in cucurbita ad mellaginem
aliquatenus inspissatum modico Spiriti-
tus Vini Rectificati affuso dilutum, red-
aptato alembico lento calore in extra-
cti mollioris consistentiam redactum sic
que intentioni authoris magis satis-
facturum, sub spe promissi in titulo even-
tus, dysenteria laborantibus convenien-
ti dosi providè exhibitum; aqua autem
illa primitus destillata, spiritus vini, du-
rante illa lenta inspissatione alembicum
transcendentis, accessu aliquatenus locuple-
tata, aut solitaria, aut aliarum scopo
buic idonearum additamento magis do-
tata, vehiculi locum supplendo adapta-
ta fuerit.

AQVA EMBRYONUM, SEU BALSAMUS EMBRYONUM.

℞. Visci Querni, lunâ decrescente
collecti,

Radicum Pæoniæ,
Seminis ejusdem, ana uncias
duas.

Herbae Carvi,
Fœniculi,
Melissæ,
Menthæ crispæ,
Rorismarini,
Salviæ cum floribus,
Florum Lavendulæ, ana uncias
tres.

Tiliæ,
Tunicae

AQ.

Tunicæ, ana libram unam.
 Caryophyllorum,
 Cinnamomi acuti,
 Cubebarum,
 Granorum paradisi,
 Nucis Moschatæ,
 Zedoariæ,
 Zinziberis, ana uncias duas.
 Macis, unciam unam semis.
 Galangæ, drachmas sex.
 Croci, drachmas duas.
 Medullæ panis triticei, à fur-
 no adhuc calentis, libras
 duas.

Scissa & contusa infundantur li-
 bris decem Vini generosi Hilpanici
 aut Rhenani.

Aquæ Borraginis,
 Buglossæ, ana libris tribus.
 Liliorum convallium, libris
 duabus.
 Foeniculi,
 Fragorum,
 Rosarum,
 Verbenæ, ana libræ uni.

Stent in digestione biduum, postea de-
 stillentur, igne moderato balnei, liquoris
 affusi due circiter tertii.

Residuo denuò Aquarum prædictarum
 sufficiens assundatur quantitas & igne pau-
 lò auctiori ad siccitatem ferè avocetur, pro
Aqua Embryonum secundæ destilla-
tionis, in solamen pauperum servanda.

AQVA EPILEPTICA LANGII.

R. Florum Liliorum convallium re-
 centium, manipulos
 duodecim.

Tiliæ,
 Lavendulæ, ana unciam
 unam.

AQ.

Rorismarini,
 Stoechados Arabicæ, ana
 unciam semis.

Cinnamomi, drachmas sex.
 Nucis Moschatæ, unciam semis.
 Cardanomii,
 Cubebarum, ana drachmas duas
 Visci Querni,
 Radicum Pœoniæ,
 Dictamni nostratis, ana
 unciam semis.

Infundantur in Vini generosi, mensura
 una semis per octiduum, postea destillentur.
 Secundæ destillationis, ut reliquæ, affuso
 liquore convenienti reliquiis primæ destil-
 lauionis, iteratæ evocatione paratur.

○ AQVA EXPULSIVA.

R. Hordei mundati, uncias quinque.
 Seminis Fœniculi, drachmas
 quinque.

Raparum, unciam semis.
 Radicum liquiritiæ, drachmas
 duas semis.
 Herbæ Acetosæ,
 Fumariæ,
 Scordii, ana manipulum
 unum.

Seminis Lentium, manipulum
 unum semis.

Scissa & contusa infundantur aquæ
 fontanæ libris quatuor, stent per noctem
 loco tepido destilletur è vesica, ut artis est.
Nota; Huic aquæ, ut ut, tum ratione in-
gredientium quorundam, tum ratione
scopii, omni mendâ non vacet, cum ta-
men usualis hactenus officinis nostris fu-
erit ac adhuc nonnullis in usu sit, locum
relinquere debuimus.

AQVA FLORUM OMNIUM.

Verno præsertim Majali tempore &
 stercore Vaccino recenti, calore Balnei
 maris

AQ.

maris moderato vel cincrum, vasis vitreis de-
stillatur, ut artis, virtutum haud aspernandarum.

o AQVA FORTIS.

¶ Vitrioli sponte in pulverem fa-
tiscentis, aut coquendo
siccati.

Nitri purissimi, ana libras duas.

Trita milceantur & destillentur per re-
tortam ferream aut terream optimè lorica-
tam, lege artis, igne aperto gradatim adhi-
bito, in recipientem valde capacem, jun-
ctoris bene lutatis, cui aquæ fontanæ tertia
circiter, respectu ponderis Vitrioli nondum
calcinati, pars ante sit infusa.

AQVA HIRUNDINUM
INTERNA.

¶ Pullorum Hirundinum in frusta
dissectorum, numero viginti
quatuor.

Visci Querni, uncias tres.

Seminis Pœoniæ excorticati un-
ciam unam.

Radicum ejusdem, uncias duas.

Aquæ Liliorum convallium,
Sambuci florum,
Pœoniæ,
Tiliæ, ana mensuram unam.

Stent in infusione in loco calido horas
viginti quatuor, deinde destillentur per
bâneum maris.

AQVA HIRUNDINUM
ZWELFERI SEU EXTERNA.

¶ Pullorum Hirundinum dissectorum,
numero quadraginta.

Castorei, unciam unam semis.

Seminis Pœoniæ,

Radicum ejusdem,

Visci Querni, ana uncias duas.

Radicum Dictamni albi, unciam
unam.

Foliorum Rutæ,

Florum Sambuci,

Tiliæ,

AQ.

Liliorum convallium,
Paralyseos, ana manipu-
lum unum.

Cinnamomi, drachmas tres.

Cubebarum,

Ligni Aloës,

Macis, ana drachmas duas.

Vini albi generosi, odori, libras
octo.

Aceti squillitici, libras duas.

Macerentur triduum in vase vitro, probè
clauso, postea lento igne destillentur.

Liquori huic stillatio addatur postmo-
dum

Spiritus Vitrioli, quantum sufficit pro
acore grato.

o AQVA HYPNOTICA.

¶ Seminis Lactucæ, uncias sex.

Papaveris albi, libram
unam semis
nigri, libram
semis.

Portulacæ, uncias duas
cucurbitæ decorticati,

Radicum caryophyllatæ, ana
unciam semis.

Florum Nymphææ albæ,
Violarum purpurearum,
ana manipulos tres.

Borraginis,

Papaveris erratici,
Betonicaæ, ana manipu-
lum unum.

Croci orientalis, scrupulos qua-
tuor.

Nucis Moschatæ,

Macis, ana drachmas duas.

Contusis affunde

Aquæ Lactucæ,

Nymphææ alba,

Rosarum, ana libras octo.

Nucis moschatæ, uncias
octo.

Stent

AQ.

Stent infusa horas viginti quatuor & ultra, tum destilla maris balneo.

AQVA HYSTERICA OFFICINALIS.

R. Radicum Pœoniæ, unciam unam semis.

Angelicæ,

Bryoniæ,

Levistici,

Meuana unciam semis.

Herbarum Matricariæ,

Melissæ,

Mercurialis,

Rutæ,

Salviæ, ana manipulum unum.

Florum Anthos,

Melissæ, ana manipulum semis.

Seminis Agni casti,

Carvi,

Cumini,

Dauci,

Melissæ, ana drachmam unam semis.

Pastinacæ Sylvestris,

Sileris montani, ana drachmas tres.

Cassiæ ligneæ,

Cinnamomi, ana unciam semis.

Galangæ, drachmam unam semis

Macis,

Nucis Moschatæ,

Zedoariæ, ana drachmas tres.

Castorei,

Visci Querni, ana unciam unam.

Concisa & contusa infundantur in vini Rhenani, libris quatuor.

Aquæ Matricariæ,

Melissæ,

Pulegii,

Rutæ, ana librâ unâ.

AQ.

Stent in digestione loco calido, vase clauso per dies septem, postea maris balneo destillentur ad siccitatem.

AQVA IMPINGUANS.

R. Sanguinis porcini, libras tres.

Ranarum siccatarum, numero viginti quinque, quidni vivarum exenteratarum.

Pulmonum Vituli, numero duo.

Radicum Synapi majoris recentis, uncias octo,

Foliorum tusilaginis recentium, manipulos sex,

Florum borraginis recentium, uncias tres.

Contusa & confusa M. & ex arenâ igne moderato destilla, cavendo Empyrevma.

o AQVA LILIORUM CONVALLIUM.

R. Liliorum convallium libram semis.

Vini Gallici vel Rhenani libras tres.

Distillentur secundum artem ex arenâ vasis vitreis.

o AQVA LOOCH SANI ET EXPERTI.

R. Radicum Ireos Florentinæ,

Liquiritiæ,

Herbarū Hyssopi, ana uncias duas.

Capillorum Veneris, manipulos quatuor.

Seminis Anisi,

Calaminthæ,

Fœniculi,

Fœnu Græci,

Lini, ana unciam unam.

Dactyolorum,

Ficuum,

Passularum, ana uncias quatuor.

G

Ju-

AQ.

Jujubarum,
Sebesten, ana numero sexaginta.
Cinnamomi electi, uncias duas.

Incisa & contusa macerentur in aqua
fontanae, quantum sufficit, per aliquot dies,
postea lege artis destillentur.

Nota; *Fujube*, *Sebesten*, *Passule*, *Ficus* &
Dactyli præter mucilaginem in residuo
subsidentem, parum aut nihil potius vir-
tutis destillatione promunt, commode er-
gò abesse ab hac compositione possent,
imo ipsa aqua satis tutò officinae carere
possent; nisi ad trochicos Bechicos ma-
iores requireretur; Sed dandum ali-
quid vulgi opinioni & consuetudini.

AQVA MASTICHINA.

R. Caryophyllorum, unciam unam.
Cardamomi minoris,
Cinnamomi acuti, ana unciam
semis.

Macis, unciam unam semis.

Masticæ electæ uncias quatuor,
Nucis myristicæ unciam semis.

Pulverisata omnia infundantur in Vini
Hispanicæ generosi libris duabus, Digeran-
tur quatriduo, tum destillentur igne arenæ
moderato, ex organis vitreis, ut artis.

o AQVA MELLIS.

R. Mellis crudi, libras sex.

Arenæ purissimæ, libras tres.

Misce exactè & destilla per alembicum,
exibit primo liquor albus qui est aqua, de
qua hic; deinde spiritus colore flavo, qui
seorsim excipiendus & servandus.

AQVA REGIS SEU REGIA.

R. Salis marini decrepitati, unciam
unam.

Aqua fortis communis, uncias
quatuor.

Misce & ex retortâ vitrâ in arenâ
ad siccitatem usque destilla.

Vel

R. Aqua fortis communis, uncias
quatuor.

Salis Armoniaci, unciam unam.

AQ.

Misce simul, donec omne SalArmonia-
cum dissolutum sit, servetur in vitro arctis-
simè clauso.

AQVA ODONTALGICA.

R. Philonii Romani,
Capita papaveris nigri, unâ cum
semine,
Radicum Pyrethri,
Cinnamomi acuti,
Folium Nicotianæ,
Seminis Hyoscyami, ana drachmas
tres.

Opii Thebaici, drachmam semis.

Macerentur omnia viginti quatuor ho-
ras in Spiritu Vini Gallici libra una semis
dein Maris balneo destillentur, destillatum
vase vitreo servetur.

AQVA OPHTHALMICA
VERCETANI.

R. Croci Metallorum, drachmam unam vel
duas. Infunde in Aquæ Euphrasiae vel
ſceniculi, vel (quod præstat) Vini albi
optimi unciis sex, agitetur aliquamdiu
quotidie bis aut ter tandem per bibulam
coletur & servetur.

AQVA PROPHYLACTICA
SYL VII.

Vide supra Acetum prophylacticum.

AQVA RORISMARINI.

R. Summitatum Rorismarini, li-
bram semis.
Vini Gallici, libras quatuor.
Destillentur vasis vitreis lege ar-
tis, ex arenâ.

o AQVA SAMBUCI COM-
POSITA.

R. Radicum Aronis,
Bryoniæ,
Iridis Florentinæ, ana
uncias quatuor.
Foliorum Cochleariae utriusque,
Lepidii,
Nasturtii aquatici.
Perfico-

AQ.

Persicorum, ana mani-
pulos tres.

Corticum pomorum Aurantio-
rum

recentium, numero
quatuor.

Limoniorum, numero
tres.

Winteranorum, un-
cias duas.

Medianorum Sambuci,
manipulos duos.

Incisis incidendis, contusis con-
tundendis, affunde succi baccarum
Sambuci, uncias duas.

Vini Rhenani, mensuras quatuor.

Stent infusa dies quatuorde-
cim, tunc destillentur lege artis &
asserventur vasis idoneis.

AQVA SERPILLI COMPOSI-
TA, QVÆ MYNSICHTO BENE-
DICTA DICITUR.

R. Herbæ Serpilli cum floribus, tem-
pore matutino, ante So-
lis exortum, decrescente
Lunâ collectæ, uncias
octo.

Chamomillæ Romanæ, un-
cias duas,

Saturejæ,

Thymi, ana unciam unam.

Infundantur in Vini Rhenani optimi li-
bris octo, stent in infusione aliquot dies,
postea destillentur, in liquore destillato ite-
rum infunde.

Herbæ Serpilli, cum floribus, un-
cias octo.

Cassiæ Ligneæ, unciam
unam,

Ligni Aloës,

Macis, ana unciam semis.

Minutissimè concisa & contusa præ-
via digestione denuò per alembicum Vi-

AQ.

treum è balneo destilla ad siccitatem ferè
omnimodam.

o AQVA STYPTICA.

Berolinense perhibetur inventum, ejus
autem descriptiones admodum variare di-
cuntur, totius verò rei negotium consistere
in succis herbarum nonnullarum vulnera-
riarum & balsamicarum recens collectarum
expressis, & cum Aceto Vini forti destillatis.
Nec opus esse anxio herbarum illarum se-
lectu, verbi gratiâ.

R. Succorum expressorum, junctim
sumptorum, semper vivi
majoris.

Pimpinellæ sanguisorbæ,
Cherefolii,

Aristolochiæ longæ,

Aceti vini optimi, ana quan-
tum vis destilla ex arenâ vasis vi-
treis, destillatum serva.

AQVA THERIACALIS SIM-
PLEX,

R. Theriacæ veteris, uncias tres.
Spiritus Vini communis, libras
tres.

Destillentur maris balneo ad
tertias, Residuum colatum
in spissetur pro extracto
Theriacali.

o AQVA THERIACALIS
COMPOSITA SEU BE-
ZOARDICA.

R. Radicum Angelicae,
Dictamni albi,
Ostrutii,
Pimpinellæ,
Zedoariæ, ana dra-
chmas tres,
Pentaphylli,
Scorzonerae,
Succise,
Tormentillæ,
Valerianæ, ana dra-
chmas sex.

Foliorum ^{AQ.} Carduibenedicti,
Galegæ,
Scordii,
Succifæ,
Veronicæ, ana mani-
pulum unum.

Florum Borraginis,
Buglosi,
Centaurii minoris,
Hyperici,
Sambuci, ana manipu-
lum semis.

In pulverem crassum scinden-
do & tundendo redacta infunde in
vini Rhenani libris sex.

Aceti bezoardici, libris duabus.
Succi Acetosæ Hispanicæ, librâ
unâ semis.

Borraginis,
Salviæ,
Scabiosæ, ana unciis sex.

Stent triduum in digestione,
tum adde Myrrhæ, in sufficieni
quantitate aceti prædicti bezoar-
dici solutæ, drachmas duas.

Theriacæ Andromachi ,
uncias tres.

Mithridatii Damocratis ,
unciam unam.

Camphoræ in spiritu vini
solutæ, drachmas duas.

Tandem è balneo maris vasis vitreis,
ut artis est destilla.

Nota; Additamentum illud Theriacæ & Mi-
thridatii, irtote multiplicationem en-
tiā preter necessitatem, incongruum
censemus; Satis enim etiam absque hoc
auctario foret efficax hæc aqua. Satiūs
foret remedia illa eximia aquæ desilla-
ta seorsim, si quâ inde spes auctioris vir-
tutis, re id exigente, dosi conveniente
addere, sed & hic mos præter, inò con-
tra rationem, invaluit.

○ AQVA TRAUMATICA.
R. Radicum Polypodii quercini,
recentis.
Consolidæ majoris recentis, ana
uncias duas cum semisse.
Herbarum Saniculæ,
Pyrolæ,
Achimillæ,
Perfoliatæ,
Symphyti majoris,
Millefolii,
Hederæ terrestris ,
ana manipulum
unum semis.

Florum Symphyti majoris,
Bellidum minorum rubro-
rum.

Hyperici ana manipulum
unum.

Omnium, quantum fieri potest,
recentium.

Albi Græci mense Majo collecti,
uncias duas semis.

Lumbricorum terrestrium, nu-
mero quadraginta.

Vini Rhenani vel Gallici libras tres aut
quantum sufficit, stent infusa diem unum &
alterum, postea maris balneo destillentur ac
sollicitè serventur.

AQVA CONTRA VERTI- GINEM.

R. Radicum Calami aromatici, dra-
chimam semis.

Caryophyllatæ,
Doronici,
Pœoniæ, justo tempore col-
lectarum, ana unciam se-
mis.

Scorzonerae, unciam unam.

Foliorum Betonicæ,
Rorismarini,

Salviæ

AQ.

Salviæ, ana manipulum
unum.

Florum Anthos,
Calendulæ,
Lavendulæ,
Spicæ,
Tiliæ, ana manipulum
semis.

Seminis Fœniculi,
Nigellæ,
Pœoniæ,
Sileris montani,
Cardamomi minoris,
Cinnamomi, ana unciam
semis.
Cubebarum,
Macis electæ,
Nucis Moschattæ, ana drachmas
duas.

Contusa dies aliquot vasis optimè
clausis macera in Vini Rhenani ge-
nerosi libris duabus.

Aqua Cerasorum nigrorum,
Liliorum convallium,
Tiliæ florum, ana unciis
octo.

Demum destilla balneo maris, ut
artis est.

AQVA VIRTUTUM.

R. Foliorum Melissæ recentis, ma-
nipulos sex.

Salviæ, manipulos
quindecim.

Florum Lavendulæ,
Liliorum convallium,
ana uncias sex.

Caryophyllorum,
Cinnamomi electi,
Granorum Paradisi, ana dra-
chmas decem.

Galangæ,
Macis, ana drachmas tres.

AQ.

Vini Hispanici spirituosi, mensu-
ras quatuor.

Infusa & digesta destilla secun-
dum artem.

o AQVA VITÆ ALBA PRE-
TIOSA.

R. Panis triticei à furno calentis &
in frusta confracti, libras duas.
Macera in Vini Canariensis aut
Hispanici generosi quantum
sufficit, diem unum vel alte-
rum, vase optimè obturato,
dein calore balnei paulò au-
ctiori ad siccitatem ferè de-
stilla.

Huic destillato suo quosque
tempore immerge flores re-
center ritèque collectos.

R. Florum Anthos,
Betonicæ,
Borraginis,
Liliorum convallium,
Rosarum Provincia-
lium,
Tunicæ, ana unciam
unam.

Omnibus collectis ac aliquan-
tis per digestis spiritus ab iis rursus
ad siccitatem omnimodam balneo
revocetur.

Interea dum flores illi colligun-
tur.

R. Radicum Angelicæ,
Calami aromatici,
Helenii,
Pœoniæ, ana unciam
unam semis.
Iridis Florentinæ,
Pimpinellæ,
Herbarum Absinthii,
Betonicæ,
Carduibenedicti,
Hyssopi,

AQ.

Hysopi,
Majoranæ,
Melissæ,
Menthæ crispæ,
Rorismarini,
Rutæ,
Salviæ minoris,
Veronicæ, ana unciam
unam.

Florum Chamomillæ Romanæ,
Lavendulæ,
Seminis Anisi,
Aquilegiæ,
Carvi,
Coriandri,
Fœniculi,
Pœoniae,
Stœchados Arabicæ,
ana unciam unam
semis.

Cinnamomi, unciam unam.
Caryophyllorum,
Corticum Aurantiorum,
Citri,
Cubebarum,
Granorum Paradisi,
Ligni Aloës optimi,
Rhodii,
Santali citrini,
Sassafras,
Macis,
Nucis Moschatæ, ana unciam
semis.
Croci,
Styracis Calamitæ, ana drachmas
tres.

Conquassatis & contusis omnibus af-
fundite spiritus vini sufficientem quantitatem,
stent in infusione ac digestione octiduum,
postea quod liquidum colando sequestre-
tur, reliquum balneo maris ad siccitatem
avocetur, colaturæ priori reddatur, & in va-
se optimè operculato, donec flores omnes

AQ.

collecti & spiritus supra dictus paratus fuerit,
asseretur.

Tandem uterque spiritus destillatus
conjugatur, & balnei maris ope rursus de-
stilletur, potiore partem spirituosam seorsim
excipiendo, & pro Aquâ Vitæ albâ pre-
tiosâ servetur, cujus aliquota pars Moscho &
Ambrâ, ut & Saccharo, si lubet condiri, po-
test. Reliquum pro Gynæco & iis, qui
odora respuant, seorsim servetur.

Residuum minus spirituosum ad siccita-
tem serè destillatum Saccharo, si placet,
dulcefieri ac santalo rubro coloris ergò tin-
gi potest, pro Aquâ Vitæ rubrâ secundariâ.

AQVA VITÆ MULIERUM.

R. Herbarum Fœniculi,
Melissæ,
Menthæ crispæ,
Rorismarini,
Salviæ minoris,
Verbenæ, ana mani-
pulum unum.
Antophyllorum, un-
ciam semis.
Cardamomi,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Cubebarum,
Galangæ,
Granorum Paradisi,
Macis,
Nucifæ, ana unciam
unam semis.
Zedoariæ,
Zingiberis, ana un-
ciam semis.

Contusis & commixtis affundantur
Vini Rhenani generosi libræ decem.

Digerantur dies quatuordecim, tunc
destillentur, ut artis est, balneo maris.

Maximam hæc aqua cum spiritu Ma-
tricali convenientiam habet, ac ut ovum ovo
similis est.

AQVA

AQ.

○ AQVA VITÆ PECTO-RALIS.

℞ Radicum Calami aromatici, dra-chmam unam.

Enulæ, unciam unam.

Iridis Florentinæ, uncias duas semis.

Liquiritiæ,

Scabiosæ,

Farfaræ, ana drachmas sex.

Herbæ Capillorum Veneris,

Hyssopi,

Salviæ,

Tussilaginis, ana manipu-los duos.

Florum Acaciæ,

Borraginis,

Buglossi,

Violarum, ana unciam semis.

Granorum Juniperi, scrupulos duos.

Seminis Anisi,

Fœniculi, ana drachmas tres.

Caricarum, numero triginta sex.

Dactylorum, numero sex.

Passularum majorum, uncias duas.

minorum, uncias tres.

Caryophyllorum,

Cinnamomi,

Croci Orientalis,

Macis,

Nucifæ,

Zingiberis, ana drachmas tres.

Galangæ, drachmam unam.

Comminuta omnia infundantur in li-bris viginti Spiritus Vini octiduum, postea lege artis, maris balneo destillentur. Spir-itus inde prolectus Sacchari clarificati quan-titate sufficienti edulcoretur.

AQ.

Nota; Fructus destillationi inepti, & pre-ter rationem, Dactyli presertim nume-ro sex, viginti libris menstrui plane dis-proportionatè additi, optimè ratione omitti potuissent, nisi, & hic, uti alijs sepius Mori, Tyranno illi inexorabili, ob secundandum.

○ AQVA VITÆ CONTRA PESTEM.

℞ Radicum Angelicæ,

Bistortæ,

Dictamni albi,

Doronici,

Gentianæ,

Imperatoriæ,

Olfnicii,

Pimpinellæ,

Succisæ,

Tomentillæ,

Valerianaæ,

Vincetoxici,

Zedoariæ,

Herbarum Carduibenedicti,

Scabiosæ,

Scordii, ana unciam

unam.

Florum Anthos,

Borraginis,

Buglossi,

Scabiosæ,

Seminis Acetosæ,

Citri,

Erucae,

Baccarum Juniperi, ana unciam semis.

Cinnamomi electi, unciam unam

Corticum Citri, drachmas tres.

Croci optimi,

Myrrhæ electæ, ana drachmam unam.

Ligni Aloës,

Santali albi,

rubri, ana drachmas duas.

AQ.

Theriacæ Andromachi, uncias
tres.

Incila & contusa infundantur spiritus
Vini libris viginti quinque, postea per char-
tam bibulam stillentur ac julapio rosato
edulcorentur.

Nota; Nimis hic impar contra pestem At-
letba eodem quo superior Aqua Theria-
calis composita vicio laborat, vulgo ta-
men aliquo cum successu in usu hactenus
fuit.

ALIA CONTRACTIOR.

R. Aloës succotrinæ, drachmas sex.
Croci, drachmam unam semis.
Rhabarbari,
Visci quercini,
Zedoariæ, ana drachmas duas.
Terræ sigillatæ, unciam semis.
Radicum Angelicæ,
Gentianæ,
Tormentillæ,
Dictamni albi,
Theriacæ,
Camphoræ, ana drachmam
unam semis.
Myrrhæ rubræ, drachmas tres.
Castorei, drachmam semis.
Grossæ contusis affunde Spiritus
Vini Gallici mensuram
unam semis.
Extrahe loco calido.

Nota; Ejusdem cum precedente farine,
paullò licet ad speciem compendiosior. Cu-
jus author, rigidissimus alias prioris Di-
spensatorii Brandenburgensis editio-
nis Censor, in alienis Argus, in suis,
ut appareat talpæ cæcior, quantillum vir-
tutis ex uncia dimidiâ terræ sigillatae,
extractioni alias fere inepta, mensure
uni cum dimidiâ Spiritus Vini Gallici,
sit sane optimè rectificatus, immo &
tartarisatus, multoque minus ab exi-
guâ quantitate, ingentis ingredienti-

AQ.

um Theriacæ farraginis, singularum vix
comprehendâ mente dosi, accedere possit,
non vidit, nec ulla tenus discernere pos-
tuit.

AQVA VITÆ STOMACHI-
CA EXTERNA.

R. Radicum Calami Aromatici,
Galangæ,
Zedoariæ,
Zinziberis, ana drachmā
unam.
Foliorum Menthae,
Seminis Carvi,
Cumini,
Feniculi, ana drachmam
semis.
Cardamomi majoris,
Caryophyllorum,
Piperis longi,
nigri, ana scrupulum
unum.

Theriacæ Andromachi, dra-
chmas duas.

Infundantur subtilissimè contusa in spi-
ritus Vini Rectificati libris duabus, stent in
digestione octiduum, tandem per linteam
cum expressione aliquali colata serventur
usui.

AQVA VITÆ STOMACHA-
LIS RUBRA..

R. Radicum Calami aromatici, un-
cias quatuor.
Florum Anthos,
Lavendulæ,
Majoranæ, ana drachmā
semis.
Corticum Aurantiorum, dra-
chmam unam se-
mis.
Citri,
Cardamomi majoris,

Gra-

AQ.

Granorum Paradisi,
Nucis Moschatæ, ana drachmas
duas.
Cinnamomi, unciam unam.
Cardamomi minoris,
Caryophyllorum,
Galangæ, ana drachmas tres.
Cubebarum,
Ligni Sassafras,
Macis, ana drachmam unam se-
mis.
Santali rubri, uncias tres.

Contusa omnia infundantur libris sex
spiritus Vini rectificati, stent in digestione
octiduum, vase optimè clauso, tum per Em-
poreticam colentur, Sacchari clarificati con-
venienti quantitate paululum dulcifiant, ac
seruentur.

o AQVA VULNERARIA, seu
SCLOPETARIA, Gallis dicta
L'eau d'Arquebuse.

R. Herbarum suo quæque tempore
collectarum.

Aristolochiæ rotundæ,
Artemisiæ,
Consolidæ Saracenicæ,
Salviæ minoris, ana manipulos,
quatuor.

Agrimoniæ,
Alchimillæ,
Bellidis majoris,
minoris,

Betonicæ,
Buglossi,

Fœniculi,

Hyperici,

Plantaginis majoris,
minoris,

Saniculæ,

Scrophulariæ,

Verbenæ, ana manipulos duos.

AQ.

Affundantur vini albi generosi mensu-
ræ decem, stent in vase aliquamdiu vase opti-
mè clauso, tum artis lege, vase vitreis è
Maris balneo destillentur.

*Nota: Hec originalis est & officina Antice
in usu.*

o ALIIS SEQVENS IN USU
EST PRÆSCRIPTIO.

R. Radicis & Herbæ Consolidæ
majoris,
Foliorum Salviæ,
Artemisiæ,
Virgæ aureæ, ana ma-
nipulos quatuor.
Betonicaæ,
Saniculaæ,
Bellidis majoris,
Consolidæ minoris,
Scrophulariæ majoris,
Plantaginis,
Agrimoniæ,
Verbenæ,
Absinthii,
Fœniculi, ana mani-
pulos duos,
Hyperici,
Aristolochiæ longæ,
Millefolii,
Taraxaconis,
Veronicæ,
Centaurii minoris,
Nicotianæ,
Pilosellæ,
Menthæ,
Hyssopi, ana manipu-
lum unum.

Incisa & contusa infundantur vini albi
libris duodecim, tres dies & noctes mace-
rentur, post destillentur.

o AQVA ZEDOARIÆ COM-
POSITA.

R. Radicum Zedoariæ, uncias sex.

I

Semi-

AQ. AR.

Seminis Anisi mundati, uncias
tres.

Corticu[m] Citri exteriorum re-
centium, unciam unam.
Vini Gallici optimi, libras sex.

Destilla vasis aptis optimè clausis, post
aliqualem digestionem, ex arenâ.

AQVA ZEDOARIÆ SIM- PLEX CUM VINO.

R. Radicum Zedoariæ, libram unam.

Vini Gallici, libras sex,
Spiritus Frumenti, libras quinq;

Infundantur per noctem, postea de-
stillentur, libræ sex ex arenâ.

o ARCANUM CORAL- LINUM.

R. Mercurii vivi optimè purgati,
Spiritus Nitri rectificati, ana un-
cias quatuor.

Solve Mercurium in Spiritu Nitri, quem
rursus per retortam igne convenienti fatis
intenso avoca, idque ter repete, fortiter
tandem igniendo, sic reducetur in præ-
cipitatum rubicundissimum, quod arca-
num Corallinum vulgo vocant; sed Para-
celsi Corallato haud æquiparandum, po-
stremò Spiritum vini rectificatissimum de-
super accende.

ARCANUM DUPLICATUM MYNSICHTI.

E capite mortuo Aquæ fortis, ex æqua-
libus Vitrioli calcinati & Nitri purissimi par-
tibus sufficienti ignis torturâ destillatæ, aquâ
tepidâ extractum & coagulatum est sal can-
didissimum; hoc prouti Author vult, subti-
lissimè super marmore tritum, cucurbitæ
infundo benè lutatæ impone ac per horas
duodecim in arenâ, igne successivè graduata,
donec fundus cucurbitæ candelat cal-
cina, interea salem in cucurbitâ contentum,
subinde movendo & agitando; tandem
refrigeratâ cucurbitâ salem exime tere, rur-

AR. AU.

fusque digere & calcina, ad cucurbitæ can-
descientiam usque, idque bis adhuc repete
& erit paratum. Schröderus liquefactio-
nem requirit, & post tertiam liquefactio-
nem rursus solvere, filtrare & crystallare
jubet, quem sequi, qui vult, poterit,

Quod si cui, capite illo mortuo Aquæ for-
tis fortassis destituto, Ludovici compendio,
uti placuerit, solutioni Vitrioli filtratæ liquo-
ris Nitri probè fixati, à præparatione Anti-
monialium nonnullorum residui, aut etiam
extemporaneâ Nitri & Tartaria, detona-
tione & colliquatione calcinari, solutione
acquisiti, tantum eo usque instillando, quo
ad pars Vitrioli metallica omnis ad fundum
secesserit, trajectâ hâc & ad siccitatem o-
mnimodam evaporatâ mixturâ, denuòque
calcinatâ, idem fortè aut saltem analogum
valde obtinebit.

o ARCANUM TARTARI.

R. Salis Tartari' albissimi, libram
unam.

Aceti vini, sine Empyrevmate
destillati fortissimi, quantum
sufficit solvendo sali Tartari.

Abstrahē acetum destillatum cucurbi-
tâ sictili, quod acetum recuperatum omni
aciditate destitutum erit. Affunde residuo
in retorta sali, denuò recens acetum destil-
latum, ac rursus revoca, idq; toties itera, do-
nec acetum recuperatum aciditate suâ nul-
latenus spoliatum, sed tale quale fuit affu-
sum stillet. Tunc ab affusione aceti cessa;
remanebit in fundo retortæ materia nigra,
quam Spiritu Vini solve ac per emporeti-
cam filtratam vasis terreis leni calore arenæ
ficca, siccata rursus Spiritu Vini solve &
denuo exsicca, idque toties repete, donec
materia appareat alba & foliata, quæ arca-
cani nomine, aëre humido in liquorem so-
lubilis, venit.

o AURUM FULMINANS.

R. Auri per Antimonium debitè repur-
gati, quantum vis, solve illud in Aquæ Re-
gia, ex Aquâ forti super sale decrepitato aut
sale Armoniaco abstractâ, factæ, quantum
sufficit. Solutum in vitro capaci, olei seu
liquoris

BA.

liquoris potius Tartari per deliquium parati, aut Salis etiam Tartari in aquæ pluviae quantum requiritur dissoluri, aut tandem spiritus Salis Armoniaci, quanto opus, sensim & guttam instillando præcipita, calamo subinde movendo ac rursus instillando, donec aurum sub formâ pulveris, spicci coloris, præcipitatum, in fundo subsideat. Stet tantisper donec liquor omnis clarescat, tum adhuc aliquot guttas liquoris Tartari, aut spiritus salis Armoniaci instilla, ut de præcipitatione plenâ certior sis. Liquorem tandem decanta, ac præcipitatum in fundo residuum, assulâ saepius aqua fluviali aut pluvia limpidâ calefactâ elue, & ab omni acredine libera, tandem pulverem residuum chartâ emporeticâ exceptum ac humore superfluo exutum calore aëris tepido exsiccâ, vitando Solis & ignis cuiuscunque calorem ob fulminandi periculum. Siccatum tere, verum non simul aut magnâ copiâ, sed parum tantum ejus singulis vicibus, leniter, ne nimis incalescat, super porphyrite aut in mortario vitro comminue.

○ BALSAMUS ANGELICÆ.

℞. Olei destillati Angelicæ, drachmam unam.

Matris balsamorum seu olei Nucis Moschatæ expressi, odore per Spiritum Vini spoliati, quantum satis.

Misce fiat lege artis balsamus.

BALSAMUS APOPLECTICUS CUM MOSCHO & AMBRA,

℞. Olei nucis Moschatæ expressi, unciam unam.

destillati Cardamomi, Caryophyllorum, Cinnamomi, Lavendulæ, Majoranæ, Rorismarini, Succini albi,

BA.

Balsami Peruviani, ana scrupulum unum.

Ambrae gryseæ, drachmam semis Moschi optimi, scrupulum unum Zibethi, scrupulum semis.

Eboris ad nigredinem calcinati & subtilissimè præparati, quantum requiritur ad justam balsami consistentiam. Misce & fiat ex arte balsamus.

BALSAMUS APOPLECTICUS PRO MULIERIBUS.

℞. Olei Macis expressi, drachmas duas.

Olei destillati Galbani, drachmam semis.

Lavendulæ, Succini, ana scrupulum unum.

Majoranæ, Melissæ, Pulegii, Rorismarini, Rutæ, Salviæ, ana scrupulum semis.

Pinguedinis Castorei, grana sex.

Spiritus Salis Armoniaci, guttas aliquot.

Misce, fiat secundum artem balsamus.

○ BALSAMUS AURANTIORUM.

℞. Olei destillati corticum Aurantiorum, drachmam unam.

Nucis Moschatæ expressi & spiritu Vini odore privati, quantum sufficit.

BA.

Misce, fiat balsamus, tingendus
pauxillo subtilissimæ rasu-
ræ Corticum extimorum
aurantiorum siccatorum.

BALSAMUS BEZOARDICUS.

℞. Olei destillati Angelicæ,
Citri,
Majoranæ,
Rutæ, ana scrupu-
lum semis.
Succini rectificati,
guttas quinque
Myrrhæ,
Salviæ,
Zedoariæ, ana gut-
tas quindecim.

Nucis Moschatæ expressi, un-
ciam semis.

Camphoræ, grana sex,
Ambræ gryseæ, grana septem.
Misce exæste pro balsamo.

BALSAMUS CARYOPHYL-
LORUM.

℞. Olei destillati Caryophyllorum,
drachmam unam.

Nucis Moschatæ expressi,
quantum sufficit.

Mixtis colorem concilia pulvere
tenuissimo Caryophyllorum.

BALSAMUS CEPHALICUS
SERENISSIMÆ.

℞. Olei Nucistæ expressi, drachmas
sex.

Destillati Lavendulæ,
Rutæ, ana seru-
pulos tres cum
semisse.

Majoranæ,
Salviæ, ana guttas
quindecim.

BA.

Camphoræ, scrupulum unum, in
sufficienti quanti-
tate olei recentis
amygdalarum dul-
cium distemperatæ,
Misceantur artis lege, ut fiat bal-
samus.

BALSAMUS CINNAMOMI.

℞. Olei destillati Cinnamomi, dra-
chmam unam.
Nucistæ expressi & spiritu
Vini odore privati,
quantum sufficit.

Fiat ex arte miscendo Balsamus
pulvere Cinnamomi tingendus.

BALSAMUS CITRI.

℞. Olei destillati Corticum Citri,
drachmam unam.
Nucistæ expressi & spiritu
Vini colore & odore or-
bati quantum sufficit.
Misce, fiat lege artis Balsamus.

BALSAMUS EMBRYONUM.
VIDE AQVA EMBRYONUM.

BALSAMUS LAVENDULÆ.

℞. Olei destillati Lavendulæ, dra-
chmam unam.
Nucistæ expressi & odore
viduati, quantum sufficit.
Mixta tingantur pulvere florum
Cyani, aut alio cœruleo vel
violaceo innocuo.

BALSAMUS LOCATELLI.

℞. Ceræ Citrinæ, uncias octo.
Sanguinis Draconis, unciam se-
mis.
Mumiæ transmarinæ, drachmas
duas.

BA.

Foliorum florū bellidis mino-
ris, manipulum
unum.

Lauri,

Summitatum Rorismarini , ana
manipulum semis.

Liquetur in olla terreā vitreatā proportionatā, igne leni carbonum cera, nec non Gummi subtilissimè prius pulverisatum, unā cum soliis ac summitatibus minutim dis-
cerptis, quod vires earum à cerā & gummi inhibi possint, donec bullire incipient, identidem spatulā movendo, ne herbæ cum cerā parietibus ollæ adhærent. Simulque in aliā ollā grandiori & satis capaci igni me-
diocri admove.

- Storacis liquidæ, libram semis.
Therebinthinæ Cypriæ aut Ve-
netæ, uncias quatuor.

Olei Hypericonis, unciam unam.
Olivarum, libras duas cum
semisse.

Aquæ Rosarum rubrarum aut
Damascenarum,
Plantaginis, ana libram
unam.

Fontanæ simplicis, libras
duas cum semisse.

Fac bulliant quadrantem horæ, sed cave
ne ebulliant, tum è minori ollā ceram cum
reliquis huic brodio junge, tandem adde,

Balsami Peruviani,
Scobis subtilissimæ ligni Santali-
ni rubri, ana unciam unam.

Mox igne paulò intensioni bulliant vali-
dè, spatulā lignicā continuè agitando, ne in
fundum secedat scobs santalina, demum
ubi aliquantis per bullierit, omnia per se-
taceum trajiciantur, quo herbæ atque scobs
à liquore separantur. Colatura hæc stet
loco quieto donec refrigescat, & innata-
bit balsamus superficie liquoris reliqui, co-
lore & consistentiâ Zibethum referens. Qui
frustulatim dissectus ac à liquore separatus,
denuò seorsim liquandus, & in vascula te-
stacea commoda transfundendus ac opti-

BA.

mè operiendus, in loco sicco & temperato
viginti annos absque corruptione, aut vi-
rium jacturâ duraturus.

Liquor inde separatus, annum in lagenis
vitreis bene clausis asservatus durat, vulne-
rum, ulcerum aliorumque vitorum cuta-
neorum elotioni & sanationi aptus.

Nota; Balsami precedentis descriptio, ab
amico, qui, ut ferebat, ab ipso Locatelli
acceptum, Authori communicavit, pro
genuinâ habita, donec, à quibusdam pro
tali non agnita, offendiculo esse capit,
parabiliorē & ut ipsis visum, effecta
meliorem è Monconnisi Itinerario pe-
titam huic substituendam censemibus:
Verum cum predicta, Authoris manu
propria elaborata & experientia ejus-
dem comprobata ipsi fuerit, nec ingre-
dientium selectu aut bonitate ipso effe-
ctu multum cedat, non satis liquet cur
hac eliminanda & reliquarum quedam
illi substituenda sit. Ne tamen hæc in
parte curiositati illorum quicquam dees-
se videatur, sequentes, inter se quoque
de prærogativâ certantes, subjunge-
re libuit.

1. R. Ceræ virgineæ, libram unam.

Olei olivarum, libram unam
semis.

Terebinthinæ Venetæ, uncias
duodecim.

Balsami de Peru,
Pulveris Santali rubri, ana un-
ciam unam.

Vini Canariensis, uncias quinq;
Fiat lege artis Balsamus.

2. R. Olei olivarum optimi, libram
unam semis.

Vini Hispanici, libram semis.
Terebinthinæ Venetæ, Aquæ
Rosarum lotæ, uncias
quatuor.

Ceræ libram semis,
Coquantur secundum artem,
addendo
Santali

BA.

Santali rubri subtilissimè pul-
verisati, drachmas
sex.

Balsami Peruviani optimi un-
ciam semis.

Sanguinis Draconis drachmas
duas.

Misce & cola.

3. R. Ceræ flavæ, libram unam.

Vini Hispanici, libram semis,
Olei Olivarum optimi recen-
tis, libras duas.

Terebinthinæ aquâ Rosarum
vel plantaginis lotæ,
uncias duodecim.

Balsami Peruviani,
Santalı rubri, in alcool redacti,
ana unciam unam.

Misce fiat lege artis Balsamus
Tandem & Monconnisii.

4. R. Olei olivarum, libras tres.

Terebinthinæ, aquâ Rosarum
lotæ, libram unam.

Ceræ, libram semis.

Santalı rubri, uncias tres.

Misce lege artis.

Suum cuique pulchrum. Judi-
cium & optio sit penes
Lectorem benevolum.

o BALSAMUS MACIS.

R. Olei destillati Macis, drachmam
unam.

Macis expressi, aut matris
balsamorum, quantum
sufficit.

Misce, pro balsamo.

BALSAMUS MAJORANÆ.

R. Olei Majoranæ destillati dra-
chmam unam.

Nucistæ expressi, spiritu vi-

BA.

ni odore suo privati, quan-
tum sufficit.

Fiat lege artis balsamus. Tingen-
dus succo inspissato florum Iridis.
Eodem modo parari possunt & re-
liqua Balsamorum genera, Menthae,
Rorismarini, Rutæ.

o BALSAMUS PESTILEN-
TIALIS.

R. Olei nucistæ expressi, drachmas
tres.

Destillati Majoranæ, guttas
quindecim.

Myrrhae,
Succini, ana gut-
tas sex.

Theriacæ Andromachi, scrupu-
los duos.

Extracti ligni Aloës, scrupulum
unum.

Moschi, Ambræ, ana grano octo.
Misce & cum Aquæ vitæ pretiosæ
pauxillo fiat secundum artem Bal-
samus. Vocatur alias

BALSAMUS CONTRA AEREM
MALIGNUM.

BALSAMUS ROSARUM.

R. Olei Nucis Moschatæ expressi &
per spiritum Vini odore &
colore suo spoliati, quantum
satis.

Tingatur pauxillo Laccæ Flo-
rentinæ, adde Olei destillati
ligni Rhodii, drachmam unam.
Fiat artis lege Balsamus.

BALSAMUM SAMARI-
TANUM.

R. Olei Hypericonis, aut saltem
Nucum recentis, partem
unam.

Vini

BA.

Vini albi generofi, partes duas.
Mixta coque ad consumtionem
Vini, cocta cola & serva.

BALSAMUM SATURNI.

R. Olei rosarum recentis, aut Lilio-
rum alborum, quod forte
satiūs, uncias sex.

Tincturæ Saturni, extracti
nimirum aceto acerrimo
facti, quantum sufficit.

Olei pauxillo Tincturæ alternatim in-
stillando, in mortario mixta pistillo sedulò
agitentur, donec successivè id iterando,
totum oleum Unguenti consistentiam ac-
quirat, siveque usui servetur. Vide infra
Unguentum de Lithargyrio seu nutritum,
quod cum hoc coincidit.

o BALSAMUS SCHERZERI.

R. Olei nucis Moschatæ expressi, un-
ciam unam,

Olei destillati Majoranæ,
Lavendulæ,
Rorismarini,
Succini,
Serpilli, ana drachmas
duas.

Rutæ,
Pulegii,
Meliſſæ,
Menthæ,
Cardamomi ana scrupu-
lum unum.

Ceræ albæ Virginæ, dra-
chmam unam.

Misce fiat lege artis Balsa-
mus.

BALSAMUM SOMNIFERUM.

R. Olei nucistæ expressi, unciam
unam.

Solani cocti,
Papaveris albi expressi,
Hyoscyami seminis expressi,

BA.

Nymphææ,
Populeonis, ana drachmam
unam.

Extracti Opii Thebaici, drachmas
duas.

Croci, drachmam unam.

Olei stillatitii Anethi, guttas decem.
ligni Rhodii, guttas
quadraginta.

Jasmini, guttas viginti.

Camphoræ, scrupulos duos.

Misce fiat lege artis balsamum.

BALSAMUS SUCCINI.

R. Olei Stillaticii succini, empyre-
mate parentis, drachmam unam.
Matris balsamorum, quantum
opus.

Salis succini Volatilis, scrupulum
semis.

Exactè miscendo fiat ex arte bal-
samus.

o PRO BALSAMIS SULPHU-
RIS EX TEMPORE PARANDIS
CORPUS.

Fit ex floribus sulphuris parte
unâ & Olei Amygdalarum
dulcium, partibus duabus.

In arenâ igne moderato, vase mundo liqua-
tis donec in hepar quasi resoluta coēant.
Ex quâ Hepatiformi massâ per propor-
tionatam additionem variorum oleorum varii
parari possunt sulphuris balsami.

o BALSAMUS SULPHURIS
AMYGDALATUS.

R. Florum Sulphuris, unciam unam.
Olei Amygdalarum dulcium,
recenter expressi, uncias sex.

Digerantur in arenâ calore convenienti
donec flores solvantur. Eodem modo pa-
ratur balsamus sulphuris Anisatus, junipe-
ratus, Succinatus Terebinthinatus, oleis
cuique sui generis applicatis.

BA.

BALSAMUS SULPHURIS
ANISATUS.

Cum oleo destillato Anisi fit prædicto modo.

o BALSAMUS SULPHURIS
ANISATUS.

cum gummi Ammoniaco.

R. Florum sulphuris simplicium,
unciam unam semis.

Olei anisi, uncias quatuor cum
semisse,

Granorum gummi, Ammoniaci
unciam semis.

Stent in infusione vitro benè clauso per
octiduum, vel tam diu donec Tinctura ru-
bicundissima fuerit extracta, quæ per bi-
bulam filtrata servetur.

BALSAMUS SULPHURIS
EXTERNUS.

R. Florum sulphuris, unciam unam.

Olei Lini vel nucum expressi, li-
bram semis.

Seminis hyperici expressi,
hyosciami expressi,
papaveris ana dra-
chmas duas.

Solvantur igne arenæ debito.

*Nota: Possent equidem Balsami, præsertim
hic externus, è sulphure quoque crudo
loco florum parari; Internis tamen tu-
tius flores dicantur, ceu de malignitate
Arsenicali minus, quam crudum suspecti.*

BALSAMUS SULPHURIS
JUNIPERATUS.

Cum oleo è baccis Juniperi de-
stillato recenti, eadem quâ præce-
dentes ratione fit.

o BALSAMUS SULPHURIS
SMALKALDICUS.

Cum Authoribus inter arcana lo-
cetur, quo genuinus sit, non à cir-
cumforaneis, sed è loco natali de-
bitâ cautione petendus.

BA.

BALSAMUS SULPHURIS
SUCCINATUS.

Cum oleo Succini paratur eadem
quâ superiores, methodo.

BALSAMUS SULPHURIS
TEREBINTHINATUS.

Eadem lege cum oleo Terebinthi-
næ confit,

BALSAMUS CONTRA VER-
TIGINEM.

R. Olei Nucistæ expressi,
Macis expressi, ana dra-
chmam unam.
destillati Caryophyllorum,
Lavendulæ,
Majoranæ,
Rorismarini,
Succini, ana gut-
tas sex.

Moschi,

Ambræ, ana grana tria.

Misce fiat, ut artis est, balsamus. Pro iis,
qui odora ferre nequeunt, remoto Moscho
& Ambrâ paretur.

o BALSAMUS VITÆ.

R. Radicum Galangæ,
Zedoarie, ana unciam
unam.

Cardamomi minoris,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Croci Orientalis,
Cubebarum,
Nucis Moschatæ, ana unciam
semis.

Balsami Peruviani,

Masticæ,

Myrrhæ electæ,

Olibani,

Styracis liquidæ, ana unciam
unam semis.

In

BORUSSO-BRANDENBURGICUM. 41

BA.

In pulverem redactis redigendis, reliquaque commixtis, affunde Spiritus Vini rectificati libras circiter quatuor, digere vasis optimè obturatis per mensem, tum è retorta vitreâ in arenâ abstrahē & aliquoties cohoba. Tandem adde,

Olei destillati Caryophyllorum,
Chamomillæ Romanæ, ana drachmas duas.
Corticum Citri,
Lavendulæ,
Ligni Rhodii,
Macis,
Majoranæ,
Nucis Moschatæ,
Rorismarini,
Salviæ,
Thymi, ana drachmam unam
semis.

Digere iterum donec perfectè uniantur, tum in duas partes divide, quarum alteri.

Ambræ gryseæ, drachmas duas,
Moschi, drachmam unam adde
atque in vasis exactissimè clausis singulas seorsim serva.

Posset equidem, in compendium sumtuum & laborum, spiritui illi peculiariter in hunc usum parando spiritus quidam aromaticus gratus, optimè rectificatus, veluti Aquæ Apoplecticæ optimæ spiritus subtilissimus substitui, satius tamen esse remur, peculiari illi haud adeo difficulter parabili, sed optimè & sollicitè rectificato ac penitus dephlegmato inhærere.

Nota; Si olea destillata supra dicta, ante affusionem Spiritus hujus aromatici, prius cum Sale Tartari vel simplici vel cum nitro per detonationem & subsequentem liquationem combinato, bermaproditico, à fluxu adbuc calente pulverisato, & phiole capaci, aliquate-

BA.

nus quoque calefacte, indito, proportione, ad saturitatem aliqualem, justâ, irrorentur; tum phiole exactè vitro obturamento, vescâ madefactâ super inductâ exquisitè obserata, ac hermetice quasi sigillata, aliquamdiu, quò diutius, eò melius calore moderato, digerantur; postque digestionem affusâ proportionatâ spiritus illius aromatici optimè rectificati quantitate; rursus occlusâ exactè phiole, aliquot dierum, quinque forte aut sex, in digestione moderati caloris detinentur, Tinctura, aut, si ita vis, Balsamus per Emporeticam à sale Tartari, aliquatenus volatilisato, insignis quoque efficacie, separandus, Vitæ potiori, jure quam prior salutandus, emergit, utpote illo multò efficacior & penetrantior, illum virtutibus & effectu plurimis para san-
gis post se relinquens.

○ BALSAMUS VITÆ FRAGRANS.

Ex Olei destillati Lavendulæ,
Nucistæ,
Caryophyllorum,
Cardamomi,
Ligni Rhodii,
Serpilli, ana drachmam semis.
Cinnamomi,
de Cedro, si adsint
& haberí possint,
Bergamottæ,
ana scrupulos duos.

Balsami Peruviani, drachmam unam.

Mixtis ac Spiritu Lavendulæ cohobati Rectificatissimi unciis quindecim affusis, igne lenissimo aliquamdiu digere.

Nota; Spiritus sit optimè dephlegmatus;
Hoc omnium primò solve balsamum Pe-
rvianum, tum reliqua olea adde.

BA. BE.

2. *Si quid olei post elaboratum balsamum in fundo restet, nil obest, detegit solum oleorum mangonium.*
3. *Hujus aliquote parti, si vis, pro illis, qui amant, Moschii parum aut Ambrae addere poteris. Sine ipsis autem utriusque sexui aptus erit.*

BALSAMUM VULNERARIUM.

R. Olei Hyperici libram semis.
Vini Galici generosi, uncias
quatuor.

Coquantur donec vinum evaporoando fuerit ferè consumtum, tunc adde Gummi Elemi, unciam unam semis.

Terebinthinæ Venetæ, uncias duas.

Olibani,
Myrrhae, ana unciam semis.
Misce fiat secundum artem
balsamus.

BALSAMUM VULNERARIUM.

Aliud ad omnia Vulnera recentia,

R. Spiritus Vini & præcipuis Herbis Vulnerariis destillati ac optimè rectificati aut si talis ad manus non sit, nec properè parari possit, saltem simplicis sed probè rectificati, quantum placet, huic adde Terebinthinæ Cypriæ quantum sufficit, & solvetur in oleum aureum, ac si igne eliquatum esset, quod vulnera recentia non nimis magna aut profunda, viginti quatuor horarum spatio sanare dicitur.

o BEZOARDICUM JOVIALE.

R. Reguli Antimonii communis partes duas, Jovis Angli partem unam, Jovem Regulo liquato addendo colliquefiant, pro Regulo Joviali; hunc pulverisa tenuissimè, cum Mercurii sublimati corrosivi partibus æqualibus misce ac destilla ad instar butyri Antimonii supra edocti, oleo inde emergenti rectificato Spiritum Nitri rectificatum guttatum in vitro capaci instilla, donec ebullitio omnis cessaverit & spiritus Nitri pulveri super emi-

BE.

neat. Cessante effervescentia digere per noctem, postea totum illud mixtum retortæ vitreæ committe, & igne gradatim aucto, spiritus nitri omnes tam albos quam rubentes à pulvere præcipitato avoca, donec retorta candeat, sic à cohobando excusaberis. Labor hic optimè in balneo sicco perficitur. Pulverem dein in crucibulo ignitum aliquantis per, sed cave nimium, spiritu vini rectificato inbibe, digere aliquamdiu ac avocato rursus spiritu aut deluper accenso, siccatum serva.

o BEZOARDICUM JOVIALE SOLARE.

R. Reguli Antimonii Martialis, uncias duas.

Stanni Angli, unciam unam.
Nitri purissimi uncias novem.

Hæc mixtura detonata & in igne per horam (cave ne crucibulum perforet) fusa post refrigerationem Aquæ fontanæ menturis tribus solvitur, & filtratur, filtratusque liquor, rejecto (non planè) inutili in filtro residuo, cum solutione auri sequenti confusus præcipitatur in pulverem, qui filtro à liquore confuso separatus, exsiccatus, ac in patellæ terreæ igne moderato reverberatus coccineum tandem colorem induit.

Nota; Solutio precipitationi inserviens hæc est:

R. Auri obryzi purissimi drachmam unam.

dissolve unciis octo Aquæ Regiæ ut artis est, soluto, ut dictum, utere.

BEZOARDICUM MINEALE.

R. Butyri Antimonii rectificati, & à Mercurio currente liberati, quantum vis, huic in vitro capaci lentè ac guttatum instilla spiritus Nitri rectificati, quam diu effervescit. Cessante omni ebullitione digere per noctem, tum retortæ vitreæ inde ac, ut, in præcedenti Bezoardico Joviali, spiritus omnes igne sensim aucto evoca, ad retortæ ruborem intensum usque, tum pulverem residuum exime, inque cruci-

BE. BU.

crucibulo majoris fixationis ergò ignito, aliquantis per calcina, & uti in præcedenti monitum procede.

Spiritus Nitri abstractus spiritus Nitri Bezoardici nomen gerit, ac variis usibus, ut & sequenti labori inservit.

Nota; D. Ludovici etiam in hoc labore compendium querit, Spiritus Nitri fortis sextuplum à Croco Metallorum aut sulphure aurato Antimonii abstrahendo, an vero effectus hujus prioris virtuti par sit, experientia, quod ē ipse alibi fateri videtur, evincet.

BEZOARDICUM MINERALE ALIUD COMPENDIOSIUS.

D. Francisci de le Boë Sylvii, Practici quondam Celeberrimi sicut arcanum, cuius titulo Mercuri vitæ, infra in notâ additâ, sub correctionis ejusdem schemate mentio facta & descriptio. A D. Georgio Wellichio in Pharmaciâ suâ in artis formam redactâ, lib. I. sect. 3. cap. 5. publicatum, sudoriferum insigne, parvâ dosi magna præstans, adeoque dignum, quod locum hic inveniat,

○ BEZOARDICUM SOLARE.

R. Auri obryzi, exactè nimicum & ex arte per Antimonium purgati, & foliati, quantum libet Spiritus Nitri bezoardici modo dicti rectificati quantum sufficit. Solve calore adæquato pedentem, solutionem hanc competenti proportione, butyro Antimonii rectificato sensim instilla digere per noctem, tum spiritum nitri bezoardicicum igne convenienti non nimis intenso rursus evoca, pulveri in retortâ residuo spiritum nitri communem rectificatum affunde ad aliqualem eminentiam, digere rursus, tandem & hunc spiritum igne successivè aucto ad candescençiam usque retortæ revoca, exemplum demum è retorta pulverem in crucibulo testo, uti supra monitum, aliquantis per, sed blandè, reverbera, Spiritum que Vini desuper accende, sicque siccatum serva.

BUFONUM CINIS.

In incontinentiâ Urinæ, à causâ violentâ ortæ experimentum insigne ac notatum

BU. CA.

dignissimum, experientiâ geminâ in casibus desperatis comprobatum, referente Henrico ab Heers lib. I. observ. 14. à Cingaro primitus revelarum, à D. Hoffmanno in Comment. in Schröderum, p. 649. & D. Thomâ Burneto in Thes. Med. sub hoc titulo. p. 992. citatum.

Fit autem bufonem grandem vivum capitum ollæ fictili novæ operculatæ includendo, ac igne aperto cremando, donec in cinerem vertatur, illumq; sacculo bombycinio, aut lineo saltē, immisum à collo in pectore pendulum gestando.

BUFONUM SICCATORUM PULVIS.

Sole æstuante torrefactorum bufonum pulvis, sollicitè loco sicco ac temperato asservatus, variis morbis & affectibus tam internè, sed circumspectè, vehiculo commendo & appropriato propinatus, quam externe sacculis inclusus aut Emplastris idoneis, aut unguentis, aut cataplasmatis mixtus opitulatur, uti Authores passim & imprimis Paulinus in Bufone suo, testantur.

BUTYRUM ANTIMONII,
Vide supra Antimonii Butyrum.

BUTYRUM MAJORANÆ.

Foliorum majoranæ viridium, manipulos quatuor aut quantum vis
Butyri majalis libræ uni, aut quanto opus,
Incoquendo ac colaturam cum aliquali expressione servando, juxta præscriptum artis fiat.

CALX JOVIS.

Vulgari calcinandi modo, etiam figulis noto, fit continuè in vase non vitreato super igne convenienti movendo, posteaque super porphyrite, terendo ac secundum artem præparando.

○ CAPUT MORTUUM VITRIOLI.

Residuum est à destillatione spiritus è retorta exemptum. Quod aquâ pluvia aut fluviali coquendo edulcoratum, i.e., à sale albo

CA. CE.

albo vomitivo liberatum, ac exsiccatum,
vocatur terra Vitrioli dulcis.

CASSIA EXTRACTA SEV
PULPA CASSIÆ.

Hujus extrahendi modum, & beneficio
cochlearis per setaceum, affuso aquæ cali-
dae pauxillo transadigendi ac in pulpam
cogendi, ne tyronibus quidem Pharmacopœorum
ignotum, hic docere, actum fo-
ret agere.

CASSIA PRO CLYSTERIBUS.

℞. Foliorum Betae,
Malvae,
Mercurialis,
Parietariae,
Violariae,
Florum Violarum, ana manipu-
lum unum.

Coquantur in sufficienti quantitate Aquæ
fontanæ, cocta cola, & cum colatur à hac cas-
siam è cannis extrahe, ac ad aliqualem con-
sistentiam coque; Coctæ hujus cassia libra
iuni adde Sacchari Thomæ libram unam
semis, & ulterius coquendo secundum ar-
tem fiat electuarium pro clysteribus.

CERATUM PRO BREGMA-
TE USITATUM.

℞. Pulveris radicum Betonicæ,
Masticæ,
Olibani, ana drachmas
duas.
Mumiæ transmarinæ,
drachmam unam
semis.
Ceræ flavæ,
Resinæ Pini,
Terebinthinae, ana un-
cias duas.

Liquatæ Ceræ & Resinæ Terebinthinae
misce, tum reliquos pulveres paulatim in-
spergendo & subigendo secundum artem
fiat ceratum.

CERATUM DE CUMINO.

℞. Emplasti diapalma uncias duo-
decim.

CE.

Ceræ flavæ,
Olei chamomillæ,
Anethi, ana uncias tres.
Philosophorum, unciam se-
mis.
pulveris Cumini subtilissimi, un-
cias sex.

Misce fiat artis lege Ceratum.
Alii aliter parant, nobis hoc hic usuale suf-
ficit.

CERATUM SANTALINUM
AUGUSTANORUM.

℞. Rosarum rubrarum, unciam u-
nam semis.
Santali rubri, drachmas decem
Albi,
Citrini, ana drachmas
sex.
Boli Armenæ, drachmas
septem.
Spodii, drachmas qua-
tuor.
Camphoræ, drachmas
duas.
Olei Rosati, libram
unam.
Ceræ albæ, uncias sex,
vel quantum sufficit.
Ceram in oleo liquando & reliquos
tandem pulveres miscendo, fiat se-
cundum artem Ceratum.

CERATUM STOMACHI-
CUM AUGUSTANORUM.

℞. Rosarum rubrarum,
Masticæ, ana drachmas viginti.
Foliorum absinthii, drachmas
quindecim.
Spicæ Nardi, drachmas decem.
Olei Rosacei, libram unam se-
mis.
Ceræ flavæ, quantum sufficit.

Cera

CL.

Cera & oleum liquentur unâ, & ab igne depositis, reliqua in subtilissimum pulverem redacta misceantur.

CHALYBIS LIMATURA PRÆPARATA.

Irroratur limatura chalybis optimè à scobe lignorum quisquiliis & lordibus repurgata, adeoque purissima, aceto Vini fortissimo, donec planè madeat, tum in loco moderatè calido servetur, vase tecto, ne quid fordium rursus illabatur, donec siccata, tum pulverisetur ac denuò irroretur, idque sexies aut septies iteretur, tandem subtilissimè trita asservetur. Si trituræ aqua adhibeatur conveniens, Ivæ forte arthriticæ, aut Chamædryos, haud peccabitur, uti nec, si simplex fuerit adhibita.

CINNABARIS ANTIMONII.

VIDE ANTIMONII BUTYRUM & CINNABARIS.

○ CINNABARIS NATIVA PRÆPARATA.

Magna est Cinnabaris nativæ differentia soli natalis respectu; si datur selectus Transylvanica primas obtinet, præsertim quæ circa auri minas eruitur. Præparatio aut communii modo mox docendo fit. Nimirum Cinnabarini nativam optimæ notæ, recrementis rejectancis mineræ intermixtis (vulgo audit den Berg) lavando purgatam (metallurgi vocant zu schlicht gezogen/) vulgari per trituram exactam præparandi modo, subinde aquis cephalicis aut cardiacis, verbi gratiâ, Aquâ Cerasorum nigrorum, Florum Borraginis, Rubi Idæi, Rosarum, Cinnamomi, aut si virium illarum jaeturam, vel impendium exigui illarum pretii, cum D. Ludovico, horreas, saltem communi irrorando ac tandem super cretâ more Cinnabaris communis in rotulas redactam siccando.

Aut sublimatione, per retortam, applicato recipiente capaci, cui aliquota pars aquæ insit, juncturis benè clausis, igne graduato, quo Mercurius, si quis mineræ sit su-

CL.

perfus, ab aquâ recipiatur, & conservetur. Flores verò Cinnabarini, collo retortæ adhærentes, ac ritè sic depurati, cautè separandi & servandi, heterogenia reliqua ipsi cohærentia in fundo retortæ restant.

Verùm optima Cinnabaris nativæ præparatio illa est, cuius mentio quædam infra sub Título specifici Cephalici occurret, quæ post subtilissimam trituram & loturam supra diem, solâ coctione & triturâ sollicitâ, cum despumatione, aliquoties & quidem lepties ad minimum iteratâ, ac tandem Spiritus Vini rectificatissimi quietâ super illo, nullatenus movendo, deflagratione, fit; Cujus etiam D. Emanuel König, Medicus Basileæ celeber ac scriptis suis eruditis inclytus, in Regno suo minerali p. m. 77. meminit, in hoc tamen falso, quod tritico repudiato paleas servare jubeat. Ex hoc fonte, dummodo menstruum coctioni adhibeatur debitum, Aquæ nimirum, non pluviae, (sed ut illam, quam qui secreti illius compotes celandi gratiâ salvant) calamitatis, emergit egregium illud, quod sub velo *Panaceæ Anbaldine* hactenus apud quosdam latuit. Medicamentum sanè eximium, & plurimarum virtutum compos, panaceæ titulo haud indignum, ac veris arcans non immerito annumerandum, nisi Author illus auricupio suo inexcusabili invidiam aliorum Medicorum coetaneorum, ipsius etiam D. Hartmanni, satis asperè illi insultantis, contraxisset, ac stigma ipsi inusisset probrosum.

○ CLYSSUS ANTIMONII.

R. Antimonii crudi, Nitri, sulphuris, ana quantum vis, pulverisata misce, & in retortam tubulatam infernè candentem, recipiente capaci, cui aliquid aquæ simplicis, aut alterius appropriatae qualiscunque veluti Carduibenedicti, florum Sambuci &c. infusum adaptato, nec exactè nimis lutato successivè cochleatum (sed cave nimium, drachmam fortè semis singulis vicibus) ingere, ac mox exactè frustulo luti madidi linteolo in voluti, tubulum claude, ubi nebulæ in recipiente cessaverint, perge ingerendo, M donec

CO.

donec omnis materia ingestā detonuerit, tum spiritū omnem in retortā collectum à cuticulā supernatante, retortam hincinde agitando eluendā, per filtrum separa, atque aquam, si simplicem adhibueris, à Clyso leniter abstrahendo separa, huncque in vase optimè clauso serva.

COLCOTHAR.

Vide supra Caput mortuum
Vitrioli.

CONDITA.

Hęc parandi ars Dulciariis & Conditoribus non ignota, Pharmacopoeorum solertiae merito relinquenda, Schematis tamen loco generatim quasi delineandum duximus condendi modum,

I. CORTICES. Aurantiorum & Citri recentium ab interiori albedine probè liberati dieni unum atque alterum, aquā purā quotidie renovandā, macerentur, tum ad mediocrem mollitiem aquā fontanā coquantur, cocti, ex aquā exempti, parumq; siccati, Saccharo (aquā illā, in quā cortices decocti, ad dissolutionem Sacchari, nisi integrati nimis sit amaroris, adhibitā) soluto & ex arte clarificato, ac ad debitam consistentiam cocto, immunguntur, sicque conduntur & conduntur.

II. Fruētus Berberum, Cerasorum acidorum, Ribium. Condiuntur Saccharum clarificatum ad consistentiam tabulati coquendo, postea ubi parum refrixerit, fructus debitē mundatos injiciendo, & tam diu relinquendo donec Saccharum succo, fructus verò vicissim saccharo imprægnentur, postea fructus eximantur, & saccharum succo liquatum ad spissiorem rursus consistentiam coquendo redigatur, cui demum paullulum refrigerato fructus reddantur. Sicque condita serventur.

III. Radices recentes, Calami aromatici, Cichorii, Eryngii, Pimpinellæ, Satyrii, Scorzoneræ &c. prius mundatæ & in particulas scissæ, atque donec mollescant, aliquatenus aquæ immersæ, Saccharo, aquā prædictæ macerationi adhibitā soluto, clarificato & ad consistentiam debitam cocto imponuntur, denuò parumper coquendo, idque to-

CO.

ties repetendo, donec superflua humiditas iteratā inspissatione sensim evaporaverit.

Nota; Caro Citri, si pro Citrinato accipiatur, & Lactuca Hispanica, exotica sunt, binc illorum preparandi & condiendi modum docere, bujus non est loci.

CONDITÆ NUCES
JUGLANDIS.

Colligantur nuces tertio, ante festum Iohannis, die, perforentur undique stylo, posteoa octiduum in aqua fontanā bis quotidie recenti affulā, macerentur, tunc ad mollitiem usque coquantur, cinnamomo & caryophyllis stipentur, & duplo Sacchari clarificati modo ante edictō condiantur.

Exotica quæ aliunde ad nos apportantur, ut ritè se habeant, Pharmacopoeorum curæ & industriae relinquendum.

CONFECTIO ALKERMES
CUM MOSCHO & AMBRA.

℞. Sacchari albissimi,
Succi Pomorum Borsdorffiorum
clarificati, & cum prædicto
Saccharo ad consistentiam
mellis cocti,

Granorum Kermes Monspe-
liensis, nimio Saccharo non
conditi, & spissiusculi, ana
libram unam.

Cinnamomi optimi,
Ligni Aloës selecti & subtilissi-
mè pulverisati, ana unciam
semis.

Lapidis Lazuli, optimè præpa-
rati,

Margaritarum orientalium ritè
præparatarum,
Ambræ gryseæ in sufficienti por-
tione succi kermes distempe-
ratæ, ana drachmam unam
semis.

Croci optimi tenuissimè triti,
drachmam unam.

CO.

Moschi spiritu Rosarum diluti,
scrupulos duos.
Foliorum Auri, ad speciem, vul-
gi gratiâ, drachmam semis.
Misce fiat ex arte Electuarium.
CONFECTIO ALKERMES
SINE MOSCHO & AMBRA.
His odoris omissis modo fit præ-
dicto.

○ **CONFECTIO ANACAR-**
DJNA.
¶ Anacardiorum præparatorum,
Baccarum Lauri,
Costi dulcis, ana drachmas tres.
Myrobalanorum Belliricarum,
Chebularum,
Emblicarum,
Indarum,
Piperis longi,
nigri, ana drachmam
unam.
Radicum Cyperi, drachmas duas
Sacchari albissimi, drachmas tres.
Seminis Cubebarum,
Erucae, ana drachmam
unam semis.

In pulverem subtilissimum redactis singulis & exactè mixtis, adde Mellis despumati triplum, seu uncias septem cum semisse, fiat lege artis Electuarium. Omittendo rancecens facilè butyrum, & ingratum reddens medicamentum, ad corrigenda Anacardia, ob ætatem (serò nempe ad nos delata) minus acria, hinc correctionis haud indiga, vix necessarium.

○ CONFECTIO HAMECH.

Inconcinnam hanc compositionem, ingratum & plerisque haueabundum parentem medicamen, cum Clarissimo Gasparo Hoffmanno lib. de medicin. officinal. L. c. 9. §. 14. Inferiori potius gutturi, quam superiori destinandum, optimo jure eliminandam è catalogo Medicamentorum non nulli censem; At cum consuetudini Vulgi, ut in plurimis aliis aliquid dandum, at-

CO.

que usus ejus adeo validè inolevcrit, ut Chirurgorum imo & Medicorum quorundam sacra quasi anchora dici posfit, locum ipsi concedendum, ac normam aliquam præparationis paulò forte concinniorem dandam censiūmus, à superstitione illa do-
fum *augustea* vindicatam.

¶ Myrobalanorum Citrinarum,
uncias qua-
tuor.
Chebularum,
Indarum.

Rhabarbari electi,
Polypodii Querni,
Agarici,
Pulpæ Colocynthidis,
Epithymi,
Violarum, ana uncias duas.
Foliorum Sennæ Orientalis, sine
stipitibus,
Absinthii,
Thymi, ana unciam unam.
Rosarum rubrarum,
Seminis Anisi,
Fœniculi, ana drachmas
sex.

Passularum exacinatarum, uncias
sex.
Prunorum, numero sexaginta.
Succi fumariae recentis, libram
unam.
Seri lactis quantum sufficit, li-
bras circiter decem.

Stent in digestione lenis caloris horas vi-
ginti quatuor in vase vitro aut vitreato be-
ne clauso; postea semel iterumque ebulli-
ant, atque colentur. Colaturæ cum ex-
pressione aliquali factæ, adde

Sacchari albissimi, libram unam
semis.
Coquatur ad mellis consistentiam,
cui sub finem misce

CO.

Pulpæ Tamarindorum, uncias
quinq[ue].

Cassiæ, uncias quatuor.

Mannæ depuratæ, uncias duas.

Tandem ab igne remotis adde, se-
orsim subtilissimè contriti
pulveris Scammonii præparati,
unciam unam semis.

Rhabarbari electi,

Myrobalanorum omni-
um,

Seminis Fumariæ,

Anisi,

Spicæ Indicæ, ana dra-
chmas duas.

Misce fiat secundum artem Elec-
tuarium.

CONFECTIO de HYACIN-
THO.

& Syrupi acetositatis Citri, libram
unam.

Pulveris subtilissimi,
Boli Armenæ veræ, præ-
paratæ.

Coralliorum rubrorum
præparatorum.

Hyacinthorum præ-
paratorum.

Terræ Sigil. Lemniæ,
aut Strigensis
saltem Silesia-
cæ, præparatæ
ana drachmam
unam semis.

Radicum Dictamni albi,
Tormentillæ,

Seminis Acetosæ,
Citri decorti-
cati,

Portulacæ,

Cornu cervi præparati.

CO.

Eboris rasuræ,

Offis de Corde Cervi,

Croci optimi,

Myrrhæ selectæ,

Rosarum rubrarum,

Santalorum omnium, a-

na scrupulos quatuor.

Margaritarum præpa-
ratarum,

Smaragdorum præpa-
ratorum, ana dra-
chmam unam.

Foliorum Auri Obryzi minutis-
simè discriptorum,
numero viginti,
Argenti, numero de-
cem.

Misce fiat lege artis Elec-
tuarium.

*Nota; Sapphirorum & Topasiorum inutile
plane dispendium, pretio Medicamenti
solum augendo serviens, eorum omissione
præcavere voluimus. Idem de Hyacin-
tho & Smaragdis facturi, nisi illi nomen
medicamento & basin darent, bi virtutis
cujusdam singularis resistendi vene-
nis, ac cor roborandi glaucomate, men-
tis quorundam aciem fascinarint, eam,
quam integri naturæ dotem elargiri di-
cuntur, in eorundem etiam pulveræ la-
tere presumantur. Quibus tamen &
Sapphiros & Topasia addere libuerit, his,
ut omnis cavillandi cessest occasio, sanè
integrum sit. Ut & omnia pretiosa ipsas
quoque margaritas omittere, dummodi
meminerint, talem pro pauperibus, ut
incompletam, minori pretio vendendam
servare.*

CONFECTA SACCHA-
RATA.

Sub horum titulo diversæ species cata-
logo nostro sunt insertæ, quædam, quæ me-
lioris gratiæ ergo Saccharo incrustantur, a-
lia, quæ commodioris conservationis & u-
sus ergo in forma sicca saccharo conditæ
ser-

CO.

Servantur. De utraque specie non est, quod sigillatim, quoad parandi modum moneamus, aut notemus: Utriusque conficiendi modus Conditoribus & Pharmacopœis in commune quasi opificium cessit. Id unicum tantum circa incrusterorum confectio- nem addendum: Cavendum nimirum esse, ne in eorum præparatione candor & sinceritas exulent, aut locum lucri cedant amori, indeque amylo potius, quam majorem partem, quam saccharo incrusterunt. Hoc monito præmisso, solum, quod compositum est, subjungimus.

○ CONFECTUM PRO OCULIS SEU OPTICUM, UT NON-
NULLIS DICITUR.

℞. Seminis selecti Anisi,
Apii,
Cardamomi,
Carvi,
Cubebarum,
Erucæ,
Rutæ, ana unciam
semis.
Coriandri, dra-
chmas decem.
Cumini,
Seseleos, ana un-
ciam unam.

Sacchari Canariensis albissimi in
aquâ Euphrasiæ & fœniculi,
ana soluti, libras tres aut
quantum sufficit.

Fiat incrustando lege artis con-
fectum.

CONSERVÆ.

Conservas herbarum, florum, fructuum
conficiendi ratio cum serè coincidat, nec
nisi subjectorum pro diversitate sacchari ad-
misendi proportio in nonnullis nonnihil
variet, id fortè solum notandum veniet,
quod cùm fructuum, herbarum & florum
præsertim, nonnulli, uti Rosarum, Buglos-
ti, Borraginis, Tunicæ succulentiores sint,

CO.

alii sicciores, illorum singulis libræ
duæ Sacchari sufficient albisimi: His vero
sacchari quantitas prædicta dimidia libræ
augenda, atque asperso stillatitiæ, floribus
quibusque congenitis, aquæ pauxillo in-
ter pinsandum mixtura promovenda sit.

Radices Conservandæ recentes succulen-
tentæ minutissime concisæ, cucurbitæ vel
ollæ saltem vitreatæ, immissæ & coopertæ,
in balneo Maris per bihorium aut trihorium
coquantur, donec mollescant, duriores præ-
sertim, tum refrigeratæ, in pulpam tunden-
do cum duplo Sacchari in conservam re-
digantur.

Pulpa ac caro fructuum contusa per Se-
taceum trajicienda, tumque cum Sacchari
albisimi sufficienti quantitate, quam justa
Electuarii consistentia indicabit, contun-
dendo condienda.

CORNU ALCIS SINE IGNE
PRÆPARATUM.

Vide supra Alcis Cornu.

CORNU CERVI SINE IGNE
PRÆPARATUM.

Modum præparandi vide ibidem.

○ CORNU CERVI AU-
RATUM.

℞. Cornu Cervi usci & præparati
unciam unam.
Foliorum Auri obryzi libellos
octo.

Levigentur super marmore, aut in mor-
tario, pistillo pariter marmoreo per bihor-
ium, donec aurum planè disparate ac optimè
sint mixta, dein coelo sereno in crucibulo
tecto, igne aperto, per quadrantem horæ
calcinentur, ut colorem acquirant purpu-
rascentem, tunc sollicitè serventur.

D. Volckmari p.m. arcanum, ac in morbis
omnibus etiam periculofissimis sacram qua-
si fuisse anchoram perhibetur.

Alii, & sanè melius Cornu Cervi in te-
neros scissum taleolos, proportionata dosi
cum foliis auri in pyxide cæmentatoria
stratum, uti vocant, super stratum faciunt
& igne rotæ circulari cæmentant, tum' ta-
leolos à cæmento friabiles in pulverem re-

CR.

ducunt subtilissimum, quem pro confor-
tante egregio servant.

○ CRANIUM HUMANUM.

PHILOSOPHICE PRÆPARATUM.

Philosophicæ, satis incepit sic dictæ, calcinationis cum eadem sit in omnibus ejusmodi ossibus aut cornibus ratio, modum videlicet in Alcis cornu philosophicè calcinando.

CREMOR TARTARI.

R. Tartari albi integri quantum vis, lava aliquoties donec ab impuritate superficiali probè liberatus sit, & aqua lotioni serviens limpida ab illo diffundat. Hunc grossè contusum vase figurino optimè vitreato, desuperque operculato inde ac effusa aqua fluviali aut pluviali igne intenso per horam coque, tum ovi albumine solutionem ferventem secundum artem clarifica, remoto albumine cum sordibus, quicquid solutum per manicam Hippocratis inclinando vas celerimè trahice, aliamque rursus aquam residuo nondum soluto Tartaro affunde, denuò coque & ferventem, ut prius, per manicam cola, idque tertiam vice si opus repete, donec omnis Tartarus solutus sit, ac nil nisi arenulae & festucae restent. Solutiones omnes confunde atque probè agitando misce, ac inter agitandum Tartarus refrigeratus pulveris aut arenae subtilissimæ formâ subsidebit. Hunc plenè refrigeratum, ubi effusa aqua priori, aliquoties effusa recenti frigidâ laveris, absque ulteriori solutione, siccatum atque in subtilissimum pulverem lævigatum, pro Cremore serva.

○ CROCUS MARTIS APERITIVUS.

R. Limaturæ Martis, partem unam. Sulphuris communis pulveris partiæ duas.

Misce exactè in patinâ terreâ plani fundi non vitreatâ, impone igni convenienti, quo fundus patinæ incandescat, move rudiculâ aut spatulâ ferreâ diligenter, donec sulphur omne deflagraverit, atque limatura in pulverem rubei coloris abierit, qui Croci Martis nomine venit.

CR.

Vel quod satius.

R. Vitrioli Martis cum oleo Vitrioli (uti infra docebitur) parati, quantum vis. Calicina igne prius leni, postea auctiori, saepius movendo super patinâ terreâ, non vitreatâ, plani fundi, donec in pulverem rubicundum satiscat.

○ CROCUS MARTIS APERITIVUS D. STAHLII.

R. Scorias Reguli Martialis primas, crassè contusas aut aëri loco umbroso expositas, in pulverem nigrum satiscentes, cui aquæ communis quantitatem sufficiemtē affunde, quam bacillo agitando turba, ac post morulæ momentum, ubi crassior ad fundum secesserit pars, aquam in aliud vas transfunde, quæ, dum subtilis cum illâ effusis pulvis subsederit, paululum moræ quiescat, tum crassiori pulveri reaflundatur, denuòque agitando turbetur, rursus subsidente crassiore, tenuior priori aquæ jungatur, sic turbando ac decantando continuetur, donec aqua turbata, subsidente paululum crassiore pulvere non amplius turbetur, nec quicquam in illa adhuc fluctuare percipiatur. Pulvis sic elotus filtro ab aquâ separatus, exficcatus & cum triplo nitri purissimi deflagrando colliquatus ac edulcoratus pro Croco Martis aperitivo servetur.

Crassior in fundo residuus, siccatus & cum triplo nitri detonatus ac edulcoratus, pro Croco astringente serviet.

○ CROCUS MARTIS APERITIVUS CUM SALIBUS.

R. Limaturæ Martis subtilissimæ, libram semis, irrorata in vase terreo vitreato saepius Aquâ Absinthii, Cochleariæ, Fœniculi, Fraxini, ana quantum sufficit, in quâ solutæ sint Salis

BORUSSO-BRANDENBURGICUM. 51

CR.

Salis Carduibenedicti,
Centaurii minoris,
Fraxini,
Meliſſæ, ana drachmæ duæ.
& identidem exſicca, rurſusque ir-
rora, donec in crocum abeat, quem
ſubtiliſſimè tritum ſerva.

CROCUS MARTIS ASTRIN- GENS.

Fiat liuituræ Martis ſubtiliſſimæ, quan-
tum placet, in patellâ terreâ non vitreatâ
vehementiſſimo igne reverberii in furno
figulino aut laterum potius exponendo, &
exactiſſimè ad intensam uſque rubedinem
calcinando.

○ CROCUS METALLORUM.

R. Antimonii & Nitri, ana quantum viſ, in
pulverem redacta miſce exactè & in cru-
cibulo ignito detona ſuccesivè, ac in
massam redigetur puniceam, epatis no-
mine Chymicis notam. Hanc pulveri-
ſatam aquâ calidâ pluries affuſa edulcora,
& per chartam emporeticam ab aquâ ſe-
paratum pulverem in crucibulo denuò
aliquantis per calcina, tum pro croco
metallorum ſerva,

Aqua inde per filtrum separata exha-
lando nitrum præbet antimoniatum ſeu,
ut alii vocant, anodinum minerale.

○ CROCUS SOLIS.

R. Auri per Antimonium debite depurati
partem unam, Mercurii à ſordibus ritè,
aceto ac ſale, aut ſpiritu vini purgati par-
tes ſex. Fac lege artis amalgama, cui
probè commiſſe duplum ſulphuriſ triti
& ſub tegulâ fulminatoriâ (unter der
Muffel) rudiculâ ferrea continuè mo-
vendo, ad abſumtionem uſque ſulphuriſ
omnimodam & Mercurii igne ſufficienti
calcina, ſic in pulverem abibit ruffum, à
ſordibus, ſi quæ accederint, abluendum,
ſiccandum & ſubtiliſſimè ſuper marmo-
re terendum.

CR.

○ CROCUS VENERIS.

Communiter paratur æris ſquamas igne
reverberii calcinando, terendo, lavando &
ſiccando.

Alii caput mortuum ſpiritus viridis æris,
à destillatione reliquum, aquâ pluvia de-
ſtillatâ, aut fluviali coquendo edulcora-
tum, ſiccatum, ac in pulverem ſubtiliſſi-
mum terendo redactum, pro Croco Vene-
ris uſurpan.

○ CROCUS VENERIS ē VI- TRIOLO.

R. Vitriolum Veneris quoquinque modo
paratum, aquæ pluviae quantitate ſuffici-
ente ſolutum, oleo Tartari per deliqui-
um parato, aut liquore Salis Tartari, a-
quâ pluvia deſtillatâ ſoluti & filtrati gut-
tatiſt instillato, præcipitatur in pulverein
croceum, quem filtro exceptum, & aquâ
deſtillatâ calidâ ſepiuſ affuſa edulcora-
tum ſicca, & in patella terrea parum re-
verbera, donec in rubedinem color ejus
transeat.

CRYSTALLI TARTARI.

Tartarum modo ſupra in cremore edo-
to ſuperficietenus lotum, ſolutum, ovi al-
bumine clarificatum, & aliquoties elotum,
denuò aquâ limpidiſimâ ſtrenuè in vase
puro coquendo ſolve, per manicam puram
ocuſ in vas commodum & absque illa a-
gitatione quietum inſuſide ac in loco frigi-
do ſerva, & in crystallos coabit puras & e-
legantes, ut non extreſimè candidas & pel-
lucentes, magis tamen, quā ſi ad extre-
mam albedinem lotus fuerit Tartarus, effi-
caces, ut & copioſores: Diutinā enim illâ
& ſepiuſ repetitâ loturâ plurimum & Tar-
tari & virtutis eluitur.

○ DECOCTUM ALEXI- PHARMACUM.

R. Radicum Angelicæ, drachmas
tres.

DE.

Pimpinellæ,
Vincetoxici, ana dra-
chmas sex.

Scorzoneræ, unciam
unam.

Zedoariæ, drachmam
unam semis.

Foliorum Rutæ, manipulum unū.

Salviæ,
Scabiosæ, ana pugillos
duos.

Scordii, manipulum
unum semis.

Florum Calendulæ,
Rosarum, ana pugillos
duos.

Seminis Acetosæ,
Carduibenedicti, ana
drachmas duas.

Costi Amari, drachmam unam
semis.

Pomorum Citri recentium, nu-
mero duo.

Coquantur secundum artem in
sufficienti quantitate Aquæ
fontanæ simplicis.

Colaturæ libræ quinque serven-
tur usui.

○ DECOCTUM APERITI-
VU M MAJUS.

R. Specierum Decocti Aperitivi majoris
uncias tres, Coquantur secundum artem
in sufficienti quantitate aquæ fontanæ ad
libras tres. Colatura servetur usui.

Cum minus durabilia sint talia deco-
cta, aut extempore sunt, aut minori quan-
titate paranda, ac exigente necessitate
reparanda.

○ Eâdem ratione paretur & De-
coctum Aperitivum minus.

Carminativum pro Clyste-
ribus.

DE.

Florum & Fructuum.
Pectorale.

○ DECOCTUM CORNU
CERVI EX RASURA.

R. Rasuræ Cornu Cervi, unciam
unam.

Coque in sufficienti quantitate
Aquæ simplicis, Colaturæ li-
bræ duæ serventur usui.

○ DECOCTUM CORNU.
CERVI CUM RADICIBUS
SCORZONERÆ.

R. Rasuræ Cornu Cervi, unciam fe-
mis.

Radicum Scorzoneræ, unciam
unam.

Coque secundum artem sub di-
plomate, in sufficienti quantitate
Aquæ simplicis. Colaturæ libras
tres serva usui.

○ DECOCTUM HORDEI
SIMPLEX.

R. Hordei optimè loti & mundi,
uncias duas.

Aquæ communis, libras duode-
cim,

Coque ad tertiae partis consum-
tionem, Colatura servetur
usui.

○ DECOCTUM HORDEI
CUM RASURA CORNU CERVI.

R. Hordei optimè loti & mundati,
unciam unam semis.

Rasuræ Cornu Cervi unciam
unam.

Aquæ simplicis libras octo.

Coquatur lege artis ad casum
tertiæ circiter partis, colatura ser-
vetur.

○ DE-

DE. DI.

○ DECOCTUM HORDEI
CUM RADICIBUS SCOR-
ZONERÆ.

Perinde fit, si nimirum inter coquendū loco rasuræ Cornu Cervi Radicum Scorzoneræ minutissimè concifarum uncia una addatur.

○ DIACYDONIUM LAXA-
TIVUM.

℞. Resinæ Jalappæ, uncias quatuor. Solve in spiritus Vini optimè rectificati, quantitate exactè sufficienti & exquisitissimè agitando misce Gelatinæ Cydoniorum ad debitam consistentiam coquendo redactæ & ad huc calentis, libris tribus cum semisse.

DIACYDONIUM SIMPLEX.

℞. Pulpæ Cydoniorum cum succo eorundem purissimo coctæ, Sacchari albissimi clarificati & ad justam consistentiam coquendo inspissati, ana libras octo.

Misce exactè ad consistentiam scatulis infundi aptam; Vel in Electuarii spisioris formam redige.

○ DIACYDONIUM CUM
SPECIEBUS.

℞. Diacydonii modò descripti simplicis, recens parati, & adhuc à foco calentis, libram unam.

Cui misce Specierum pro Morsulis Imperatoris.

Flavedinis Corticum Citri recentis minutissimè concisæ, ana drachmas quinque.

Ac scatulis infunde.

DIAGRIDIUM SULPHU-
RATUM.

℞. Scammonii pulverisati, quantum vis. Extende super chartam bibulam, suppo-

EL.

sitis prunis, sulphure modico asperso sumantibus, suspensam, continuè Scammonium versando ac movendo, donec liquefcere incipiat ac albescat, quod tum debite sulphuratum commode servetur.

○ ELECTUARIUM ANTI-
FEBRILE.

℞. Radicum Gentianæ,
Contrayervæ,
Zedoariæ,
Serpentariæ Virginiana-
næ,
Corticis ligni Gvajaci, ana un-
ciām unam:
Chinæ Chinæ,
Rasuræ ligni colubrini,
Foliorum Scordii, ana uncias
duas,
Dictamni Cretici, dra-
chmas decem.

Croci optimi,
Salis armoniaci, ana unciam se-
mis.

Opii depurati & rursus inspissa-
ti, drachmas duas.

Fiat omnium pulvis, & cum mellis despumati triplo Electuarium.

ELECTUARUM DE BACCIS
LAURI.

℞. Radicis Acori veri seu Calami
aromatici.
Herbarum Mentastri,
Origani, ana dra-
chmas duas.

Foliorum Rutæ, drachmas de-
cem.

Seminis Ammeos,
Carvi,
Cumini,
Dauci,
Levisticæ,
Nigellæ,

O

Amyg-

EL.

Amygdalarum amararum,
Baccarum Lauri,
Piperis longi,
nigrí,
Castorii, ana drachmas duas.
Opopanax, drachmas tres.
Sagapeni, unciam semis.

Tritis sollicitè terendis . additisque sub
finem gummi vino distemperatis cum tri-
plo circiter Mellis, seu libra una semis, mi-
scendo fiat lege artis Electuarium.

ELECTUARIUM BENEDI- CTÆ LAXATIVÆ.

R. Diagrydii,
Extracti Esulæ,
Hermodactylorum,
Rosarum, ana drachmas quin-
que.
Turbith gummosi,
Sacchari Thomæ, ana drachmas
decem.
Seminis Amomi,
Apii,
Asparagi,
Carvi,
Fœniculi,
Lithospermi,
Petroselini,
Rusci,
Cardamomi minoris,
Caryophyllorum,
Croci,
Galangæ,
Macis,
Piperis longi,
Saxifragæ verae,
Spicæ Indicæ,
Zingiberis, ana drachmam unam

Cum sufficiente quantitate mellis opti-
me despumati , librâ forte unâ semis , Misce
fiat, ut artis est , Electuarium.

EL.

○ ELECTUARIUM CAM- PHORATUM.

R. Radicis Diptamni albi,
Tormentillæ, ana dra-
chmas duas.
Zingiberis, unciam se-
mis.

Sacchari candi, uncias duas.
Matris perlarum præparatæ, un-
eiam semis.

Nucum vomicarum , exteriori
cortice liberatarum,
Cornu cervi præparati , ana dra-
chmas duas.

Camphoræ, unciam unam.
Theriacæ Andromachi , uncias
quatuor,

Sacchari albi, in aquâ acetosæ so-
luti, quantum sufficit.
M. fiat lege artis Electuarium.

○ ELECTUARIUM CARYO- COSTINUM.

R. Caryophyllorum,
Costi amari,
Seminis Cimini,
Zingiberis albi, ana drachmam
unam,
Diagrydii,
Hermodactylorum alborum, de-
corticatorum, ana drachmas
duas.
Mellis optimè despumati & in-
spissati,
Vini Rhenani generosi, ana un-
cias tres.

Fiat lege artis miscendo Electua-
rium.

○ ELECTUARIUM CATHAR- RALE CVM SPECIEBVIS.

R. Conservæ Rosarum rubrarum,
uncias duodecim.

Pul-

EL.

Pulveris Mastiches,
Olibani, ana drachmas
sex.

Nucis Moschatæ, scrupulos qua-
tuor.

Specierum aromaticarum rosa-
tarum, unciam unam.

Syrupi de rosis siccis, quantum
satis.

Misce fiat lege artis Electuarium.
Demptis speciebus aromaticis ro-
fatis eodem modo fit.

○ ELECTUARIUM CATHAR-
RALE SINE SPECIEBUS.

○ ELECTUARIUM CHALY-
BEATVM.

℞. Limaturæ Chalybis, uncias octo.
Terantur cum aceto super por-
phyrite subtilissimè, deinde
siccentur in sole aut super
igne, idque septies reiteretur.

℞. Limaturæ sic præparatæ, uncias
septem.

Cinnamomi selecti acris,
Nucistæ, ana drachmas sex.
Rhabarbari electi, drachmas
duas.

Specierum aromaticarum rosa-
tarum, drachmas sex.

Mellis despumati,
Sacchari albissimi, ana uncias tre-
decim.

Miscendo super igne lento fiat Ele-
ctuarium.

○ ELECTUARIUM DIACA-
THOLICVM.

℞. Polypodii Querni, libram semis.

Decoquatur in aquæ communis
mensuris quatuor ad consum-
tionem mediæ circiter partis,
cujus colaturæ quantitate suf-
ficieni extrahe.

EL.

Pulpæ Cassiaæ,
Tamarindorum, ana un-
cias quatuor.

Inspiffentur pulpæ ad mellagi-
nem ferè, quibus adde probè
subigendo Sacchari albissimi,
libras quatuor.

Demùm subsequentes pulveres
subtilissimè tritos & cibratos.

℞. Anisi,
Florum violarum,
Polypodii,
Rhabarbari selecti, ana uncias
duas.

Foliorum Senæ Orientalis, un-
cias quatuor.

Glycyrrhizæ , drachmas duas.
Paulatim insperge & misce pro E-
lectuario.

○ ELECTUARIUM DIACORI.

℞. Radicum Secacul, aut ejus defe-
ctu Pastinacæ marinæ, vel E-
ryngii.

Acori veri, sive calami aroma-
tici,

Pinearum enucleatarum, ana li-
bram unam semis.

Radices Secacul mundatae & incisæ co-
quantur aquâ clarâ, donec aquâ fuerit
consumta, tum tundantur optimè, &
ad pulvis consistentiam terendo redi-
gantur, dein affusis Mellis despumati
libris decem igne lento coque donec
omne humidum , quod radices im-
biberant, exhalaverit, cavendo inte-
rim & sollicitè agitando , ne aduran-
tur. Ubi melleæ consistentiæ spissi-
tudinem acquisiverint, ab igne remo-
tis radices acori tenuissimè tritas ac
pineas minutissimè concisulas adde, se-
quenti pulvri exactè miscendo.

℞. Caryophyllorum,
Macis,
Rosarum,

O 2

Zin.

EL.

Zingiberis ; ana drachmas
quatuor.
Cardamomi minoris,
Galangæ,
Nucis Moschatæ , ana dra-
chmas tres.

Fiat omnium pulvis subtilissimus,
cum pulpâ prædicta accuratè subi-
gendum.

ELECTUARIUM DIACYDO- NIUM AROMATISATUM.

Vide Diacydonium cum specie-
bus.

ELECTUARIUM DIACYDO- NIUM LAXATIVUM.

Vide Diacydonium laxativum.
ELECTUARIUM DIAPHOE-
NICON.

℞. Dactylorum enucleatorum &
coquendo cum hydromelite,
ac per setaceum trajiciendo,in
pulpam redactorum , libram
semis.

Pinearum recens decorticata-
rum,
Amygdalarum dulcium, ana un-
cias duas.
Mellis despumati, libras duas se-
mis.

Exactè mixtis & parumper co-
ctis , successivè inspergendo,
misce pulverem subtilissimum
Cinnamomi electi,

Macis,
Zingiberis,
Seminis Dauci,
Fœniculi,
Foliorum Rutæ, ana drachmas
duas.

Diagrydii, unciam unam.
Turbith electi, uncias tres.
Fiat electuarium secundum artem.

EL.

○ ELECTUARIUM DE PRU-
NIS LENITIVUM.

℞. Prunorum Damascenorum, nu-
mero centum.

Coquantur perfectè in sufficien-
ti aquæ quantitate, cocta cri-
bro raro transmittantur,& re-
servatâ pulpâ,Aqua decoctionis
residuæ, quantum sufficit ,
indantur,Violarum, uncia se-
mis.

Succi Glycyrrhizæ,
inspissati, scinden-
do comminuti ,
drachmæ duæ.

Bulliant sufficienter & colentur,
Colaturæ adde sacchari,
libras duas.

Pulpæ supra descriptæ li-
bram unam.
Cassiae recens extractæ,
Tamarindorum, ana un-
ciam unam.

Coquantur lento igne & addan-
tur successivè, semper agitando
pulveres tenuissimè triti, sequen-
tes :

℞. Cinnamomi acuti,
Rhabarbari electi,
Santali albi,
rubri,
Spodii Eboris , ana drachmas
tres.

Foliorum Rosarum rubrarum ,
Florum Violarum,
Seminis Berberum,
Seminis Portulacæ,
Scariolæ,

Tragacanthi,ana drachmas duas
Misce exactè, ut fiat Electuarium.

○ ELE-

EL.

◦ ELECTUARIUM DIASA-TYRION.

℞. Radicum recentium Eryngii, vel
Secacul,
Pastinacæ Sylvæ
stris,
Satyrii fœcunda-
rum & vege-
tarum,

Nucis Indicæ,
Pinearum decorticatarum,
Pistaciorum mundatorum, ana
unciam unam semis.

Seminis Anisi,
Erucaæ,
Fraxini,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Zingiberis albi, ana drachmas
quinque.

Seminis urticæ,
Caudarum & lumborum Scinci
marini veri, ana drachmas duas
semis.

Moschi grana septem.
Mellis optimè despumati, libras
tres.

Radices Eryngii vel Secacul, Pastinacæ &
Satyrii seorsim optimè pistæ mellis miscean-
tur, probè subactæ paululum igne leni fer-
veant, tum Pistacea & nuces Pineæ, benè
tritæ & comminutæ addantur, ubi paulu-
lum bullierint, semoto ab igne lebete, re-
liquæ in pulverem redactæ & cibratæ spe-
cies jungantur. Postremò Moschus pau-
xillo stillatitii rosarum liquoris distempera-
tus misceatur; tandemque probè subacta
omnia pro Electuario recondantur.

ELECTUARIUM DIASCOR-DIUM FRACASTORII.

℞. Scordii nostratis, unciam unam.
Dictamni Cretici,
Radicum Bistortæ,
Gentianæ,

EL.

Tormentillæ,

Cassiaæ ligneæ,
Cinnamomi,
Galbani,
Gummi Arabici,
Styracis Calamitæ, ana unciam
semis.

Boli Armenæ, unciam unam se-
mis.

Terræ Lemniæ, unciam semis.

Piperis longi,
Zingiberis, ana drachmas duas.
Opii,

Seminis acetosæ, ana drachmam
unam semis.

Conservæ rosarum rubrarum, li-
bram unam.

Mellis despumati, libras duas se-
mis,

Vini Generosi, libram semis.

Misce fiat lege artis Electuarium.

◦ ELECTUARIUM DIASCOR-DIUM SYLVII JVXTA AVTHOREM.

℞. Radicum Gentianæ, unciam se-
mis.

Angelicaæ, drach. duas.
Folior. siccorum Scordii, uncias
duas.

Carduibenedicti,
Dictamni Creti-
ci, ana unciam
semis.

Croci optimi, drachmas duas.
Acaciæ veræ, drachmam unam
semis.

Concisis & crassè contusis affundatur
spiritus Vini rectificati ad trium vel qua-
tuor digitorum transversorum supere-
minentiam, stent per horas viginti qua-
tuor in loco tepido; tinctura tunc effun-
datur, aliasque spiritus Vini toties affun-
datur, digeratur, effundaturque, quoties

P

ad

EL.

ad tincturæ omnis atque virtutis extractionem fuerit opus.

Tincturæ omnes confusa per chartam bibulam à fæcibus separentur, vini spiritus in maris balneo ad extracti liquidioris consistentiam iterum evocetur, qui aut eidem usui servire poterit, aut loco spiritus aromatici aliis medicamentis admisceri.

2. R. Opii Thebaici, quantum libet, huic comminuto ac blandè siccato assunde acetum stillatitium ad digitorum quatuor supereminentiam, stent in loco tepido tamdiu, quoad tinctura rubicunda eliciatur, quæ effundenda & seorsim servanda, donec eodem modo ex opio reliquo reliqua tinctura extrahatur; Tincturæ omnes emporeticâ à fæcibus separentur, & deinde ad extracti mollieris aut syrapi spissioris consistentiam igne leni exhalent.

3. R. Radicis Imperatoriæ, unciam unam.

Cassiae ligneæ,
Cinnamomi optimi, ana unciam semis.

Nucis Moschatæ, drachmas tres.
Misce fiat pulvis tenuissimus.

4. R. Boli Armeniæ veræ seorsim tritæ, & in pollinem super porphyrite redactæ, unciam unam semis.

5. R. Gummi Arabici vermicularis unciam semis.

Solvatur aquæ fœniculi unciâ unâ semis.

6. R. Extractum prius totum,
Extracti Opii drachmas duas.
Pulverem utrumque.

Misce addendo paulatim gummi Arabicum solutum, simulque terantur exactæ, & si consistentia videatur nimis spissa, adde Syrapi Myrtini quantum sufficit.

Fiat secundum artem opiatum.

EL.

○ ELECTUARIUM DIASENNÆ.

Descriptionem hujus Electuarii minus usitati, cui illud parare volupe, petat à Pharmacopœæ Augustanæ renovata, Clas- sis quartæ, Sectione secundâ minus usu- lium.

○ ELECTUARIUM CONTRA DYSENTERIAM.

R. Pulveris Dysenterici, unciam u- nam.

Conservæ Rosarum rubrarum antiquæ,
Diacydonii simplicis, ana uncias tres.

Cum Syrupi Myrtillorum, quan- tum sufficit.

Miscendo fiat ex arte Electuarium.

○ ELECTUARIUM EPISCOPI SEV ELESCOPH.

Cum in usu hic esse desierit, descrip- tionem omittendam duximus, qui illam desi- derat, adeat Pharmacopœæ Augustanæ re- novata cladem ac lectionem supra in Elec- tuario dia sennæ citaram.

○ ELECTUARIUM PRO GRAVIDIS.

R. Amygdalarum dulcium excorti- catarum, uncias quatuor.

Confectionis semenis Fœniculi, uncias duas,

Coralliorum rubrorum præpa- ratorum,

Nucis Moschatæ,

Nucleorum Juglandium, quan- tum fieri potest recentium,

Rasuræ Eboris præparatæ, ana

drachmas sex.

Pollinis Hordei torrefacti, uncias duas,

Omnia optimè comminuta cum sacchari albissimi, in sufficienti quantitate Aquæ Em- bryonum soluti, mixta fiant lege artis Elec- tuarium.

EL.

ELECTUARIUM HIERÆ
PICRÆ SIMPLICIS.

R. Aloes succotrinæ, uncias duo-decim.

Afari,
Cinnamomi,
Croci,
Masticæ,
Spicæ Indicæ,

Xylo balsami, aut ejus loco ligni
Aloës, ana drachmas sex.

Mellis despumati, libras quatuor
cum semisse,

Misce pulveres Melli ferè refrige-rato pro Electuario.

ELECTUARIUM HIERÆ
COMPOSITÆ CUM AGARICO
SEU PRO CLYSTERIBUS.

R. Specierum Hieræ simplicis sine
Aloë,

Agarici trochiscati, ana unciam
semis.

Aloës illotæ, unciam unam.

Mellis despumati, uncias sex.

Misce fiat Electuarium.

○ ELECTUARIUM INDUM
MAJUS.

Et hujus inusitati Electuarii descriptio-nem qui desiderat, consulat Pharmacopœæ Augstanæ renovatæ classem & sectionem supra citatam in Electuario dialenna.

○ ELECTUARIUM LENITI-VUM FLORENZOLÆ.

R. Adianthi nigri, seu Capillorum
Veneris, manipulum unum.

Foliorum Mercurialis, mani-pu-lum unum semis.

Florum Violarum recentium,
Hordei decorticati, ana manipu-lum unum.

Glycyrrhizæ, unciam semis.

EL.

Jujubarum,
Sebesten, ana numero viginti.
Passularum majorum ex acina-tarum, uncias duas.

Prunorum exemptis nucleis,
Tamarindorum pulpæ, ana dra-chmas sex.

Sennæ electæ sine stipitibus,
Polypodii querni, ana uncias
duas.

In pulverem redigantur, quæ
pulverisanda & in quantitate
aque sufficienti coquantur ad
tertias, in Colatura dissolve,

Pulpæ Cassiæ,

Prunorum,

Tamarindorum,

Conservæ Violarum,

Sacchari albi, ana uncias sex.

Pulveris foliorum Sennæ, un-cias tres cum semisse.

Misce exactè, ut evaporato leni
igne humore superfluo justæ consi-
stentiæ fiat Electuarium.

○ ELECTUARIUM LENITI-VUM DE MANNA.

Et hujus minus usitati medicamenti descrip-tio è prædictâ classe & sectione Phar-macopœæ Augstanæ petatur.

○ ELECTUARIUM DE OVO.

R. Ovum Gallinæ recens, elice, foramine
In apice facto, albumen solum, relicto
vitello, vacuum hoc pacto testæ spatium
Croci Orientalis, optimæ notæ, quan-tum capere potest, reple, ac foramen
aliâ testæ alterius particulâ exactè clau-de, ut & rimas, ne quid exspiret, pau-xillo massæ farinaceæ collutando. Ollulæ
novæ & mundæ inpositum sic leni igne
assa, donec testa penè nigrefcat, ita ta-men ne crocus amburatur; Tum exem-tum cum croco è confractâ testâ vitel-lum penitus exsiccatur, ut in pulverem
possit redigi subtilissimum, cui adde pul-
veris

EL.

veris tenuissimi finapi albi, & his exactè
mixtis, demum sequentia subtilissimè pul-
verifata

R. Radicum Angelicæ, unciam se-
mis.

Dictamni albi, dra-
chmas duas.

Pimpinellæ, unciam
semis.

Tormentillæ, dra-
chmas duas.

Zedoariæ,

Camphoræ,

Cornu Cervi præparati,

Granorum Juniperi,

Myrrha Selectæ, ana unciam se-
mis.

Nucis Vomicæ, ab exteriori cor-
tice diligenter cultello libe-
ratae, drachmam unam.

Omnibus accurate commixtis jun-
ge tandem.

Theriacæ Andromachi optimæ
ad pondus omnium, ac strenue pi-
stillo integrum trihorium subigen-
do, fiat ex arte Electuarium.

Nota; Nucis Vomicæ, quam quidam frustra
formidant, malignitas, utut quadrupe-
dibus carnivoris, canibus, lupis &c. de-
leteria, tanta non est, ut propterea è
numero ingredientium bujus medica-
menti, prouti nonnullis placuit planè
proscribendam, sed proscriptam potius,
propriâ nonnullorum nostrum experien-
tia, de salutari ejus alexipharmacâ &
febrisfugâ imprimis dote, diversum edo-
cti, in integrum & suo loco restituendam duxerimus.

• ELECTUARIUM ORVIE- TANI.

R. Radicum Angelicæ,
Bistortæ,
Carlinæ,

EL.

Contrayervæ,

Dictamni albi,

Scorzonerae,

Vincetoxici, ana li-
bram semis.

Imperatoriae, uncias
novem.

Meu,
Valerianæ, ana libram
unam.

Calami Aromatici,
Tormentillæ, ana li-
bras duas.

Musci marini, libram unam semis.

Scordii, libram semis.

Seminis caulium nigrorum, li-
bram unam.

Baccarum Juniperi,
Lauri, ana libram se-
mis.

Cassia lignæ,
Margaritarum (aut potius Matris
perlarum) præparatarum,
Officium Cordium Cervi, unciam
unam.

Rhabarbari,
Uvarum quernarum exsiccata-
rum, ana libram semis,

Theriacæ optimæ uncias sex.

Mellis despumati in vino Granato-
rum, aut ejus loco Falerno dissolu-
ti, libras quatuor.

Fiat miscendo secundum artem
Electuarium.

Nota; Varie hujus Electuarii descriptio-
nes dantur à Schrödero, Hoffmanno ac
aliis notate nos hanc Helmontio in Au-
rorâ Medicina Belgico idiomate editâ de-
bemus, quam ille genuinam ab Autore
ipso sibi communicatam asseverat; Ve-
rum cum alia inter ingredientia, occur-
rat tilatio di Levante, ignotum nobis
nomen, Contrayerdam illi, ac chorda S.
Fran-

EL.

Francisci, huic superstitione Italorum, de fide tamen bujus descriptionis testanti, remedio Scorzonera radicem, utramque alexipharmacam, majorum procul dubio quam illa duo, posterior præsertim chorda, virtutum substituimus.

○ ELECTUARIUM CONTRA PESTEM.

- ℞ Theriaca Andromachi,
Mithridatii Damocratis,
Diascordii Fracastorii, ana unciam semis.
Antimonii diaphoretici recentis, drachmas duas.
Extracti Carduibenedicti,
Angelicæ, ana drachmam unam.
Specierum liberantis sine Aloë, de gemmis frigidis,
Lactis sulphuris,
Camphoræ, ana drachmam semis.
Spiritus sulphuris, scrupulum unum.

Cum quantitate sufficienti Syrupi ex succo Scordii, fiat lege artis Electuarium.

○ ELECTUARIUM CONTRA PHTHISIN.

- ℞ Radicum Enulæ,
Consolidæ majoris,
Pimpinellæ,
Liquiritiæ optimæ, ana unciam unam.

Herbæ pulmonariæ Quercinæ,
Hepaticæ fontanæ seu Lichenis petræ,
Hepaticæ nobilis,
Urticæ minoris mense Majo collectæ,
Hederæ temestris, ana manipulum unum.

EL.

Veronicæ,
Farfaræ, ana manipulos duos,
Salviae minoris,
Rorismarini,
Scordii, ana manipulum unum.

Florum bellidis minoris rubri,
Rosarum rubrarum, ana manipulum semis.
Centaurii minoris, manipulum unum.
Corticum Citri exteriorum recentis siccatorum unciam unam.

Baccarum lauri, uncias duas.
Cardamomi minoris.
Macis,
Galangæ, ana drachmam unam.
Caryophyllorum,
Nucis moschatæ, ana drachmam semis.
Fungorum salicis, drachmas duas.

Misce fiat omnium pulvis subtilissimus & ex illo cum Mellis despumati & clarificati libris quatuor aut quantum sufficit,

Secundum artem Electuarium.

○ ELECTUARIUM DE PSYLLIO MONTAGNANÆ.

Compositionem hujus Electuarii hic loci minus usitati, vide sis in Pharmacopœa Augustana Reno-vatae classe quartâ.

○ ELECTUARIUM ROSATUM MESUES.

- ℞ Sacchari albissimi, libram unam semis.

Succi

EL.

Succi Rosarum rubrarum optimè depurati, libras quatuor.

Igne lento ad consistentiam mellis coquantur, tum adde Mannæ Calabrinæ selectæ & succo Rosarum solutæ, uncias sex.

Croci,
Galliae Moschatae, ana drachmas duas.

Diagrydii, unciam unam semis.
Trochisorum de Berberibus, unciam semis.

spedio, unciam unam.

Misce fiat, ut artis est, Electuarium.

ELECTUARIUM DE SUCCO ROSARUM.

R. Sacchari albissimi,
Succi Rosarum rubrarum depurati, ana uncias sedecim,

Santali albi,
Citrini,
rubri, ana unciam unam.

Scammonii sulphurati, unciam unam semis.

Spodii præparati, drachmas tres.
Camphoræ, scrupulum unum.

Saccharo cum succo rosarum ad justam consistentiam cocto, reliqua in tenuissimum pūverem trita addantur, demum & Scammonium ac optimè mixta redigantur artis lege in Electuarium.

ELECTUARIUM STOMACHICUM CUM CINNAMOMO.

R. Acori conditi, uncias tres.
Conservæ Melissæ,

Menthæ, ana uncias duas.

Rosarum rubrarum, uncias quatuor.

EL.

Caryophyllorum, unciam semis.
Cinnamomi electi,

Zingiberis albi scindendo comminuti, ana unciam unam.
Sacchari albissimi, in sufficienti quantitate Aquæ Rosarum dissoluti, uncias sex.

Misce fiat ex arte Electuarium.

Si huic compositioni Cinnamomum subtraxeris, habebis.

ELECTUARIUM STOMACHICUM SINE CINNAMOMO.

ELIXIR ANTIFEBRILE MYNSICHTI.

R. Radicum Aristolochiæ rotundæ, Calami aromatici, Ostrutii, tormentillæ, Zedoariæ, ana unciam semis.

Herbarum Absinthii, Carduibenedicti, Centaurii minoris, ana manipulos sex.
Quinquefolii, Rutæ, ana manipulos tres.

Seminis Hyperici, drachmas duas

Salis Absinthii, Carduibenedicti, Centaurii minoris, ana unciam semis.

Camphoræ, drachmam unam.

Tartari Vitriolati, drachmam unam semis.

Pulverisata & mixta extrahantur optimo spiritu Vini. Tinctum spiritum deple & recentem affunde, tamdiu, donec omnis tinctura & essentia extracta sit. Tandem spi-

BORUSSO-BRANDENBURGICUM. 63

EL.

spiritus omnes tintos misce, & in maris balneo ad medietatem abstrahere. Tincturam remanentem per chartam empogeticam filtra & in vase vitro bene clauso serva.

Nota; Loco specierum febrifugarum Mynsichti, que hic officinales non sunt, ingredientia illarum, justa dosi, fugiendo tamen pleonasmum, computavimus, illis sotum exceptis, que virtutem composito nullam communicare possunt, quia inepita ad extractionem, qualia testae cochlearium, Alcis cornu calcinatum, & Magisterium Vitrioli (cujus Author ipse nullam dedit descriptionem, nisi forte animalia, quam docet, vitrioli, vel Arcanum, obscure ab ipso descripta, vel ipsum quoque spiritum Vitrioli coagulatum hujus loco sumendum, quis putet) Hinc omittere potius censuimus, quam in hac interitudine ab Autore derelitti, divinare, & hallucinari.

ELIXIR ANTISCORBUTICVM AMARVM.

℞ Herbæ Absinthii,
Beccabungæ,
Borraginis,
Buglossi,
Cochleariæ,
Fumariæ,
Nasturtii aquatici, ana
drachmas tres.
Radicum Enulae, drachmas duas.
Filicis, unciam semis.
Corticum Aurantiorum, dra-
chmas duas.
Tamarisci, drachmas
sex.

Incisis & contusis affunde spiritus Cochleariæ & Nasturtii, ana quantum sufficit ad trium digitorum circiter supereminentiam aut plurim, vasis amplitudinis aut angustiæ habitâ ratione. Stent in digestione aliquamdiu, ut fiat lege artis Elixir.

ELIXIR BALSAMICUM.

Vide Laudanum liquidum Sydenhamii.

EL.

○ ELIXIR CITRI.

℞. Corticum Citri recentium exte-
riorum libras tres.

Infundantur biduum.

Spiritus Vini Gallici optimi men-
suris sedecim.

Post lege artis balneo Maris destil-
la, destillatum edulcora,
Syrupi acetositatis Citri libris tribus
Sacchari clarificati quantum suffi-
cit, ad gratiam & pauxillo Cro-
ci Orientalis tinge ac filtra.

○ ELIXIR PECTORALE.

℞. Radicum Helenii, unciam unam.
Aristolochiae rotundæ
veræ,

Iridis Florentinæ, ana
unciam semis.

Herbæ Rorellæ,
Tussilaginis, ana unciam
unam.

Succi liquiritiæ,
Myrræ rubræ electæ, ana un-
ciam semis.

Seminis anisi mundati, drachmas
duas.

Urticæ Romanæ, dra-
mam unam semis.

Cinnamomi acuti,
Croci orientalis,
Gummi ammoniaci,
Styracis liquidæ, ana drachmas
duas.

Benzoës, drachmas sex.
Incisis ac crassiusculè contusis af-
funde;

Spiritus Vini Gallici,
Fœniculi, ana quantum
sufficit,

EL.

ad eminentiam quatuor digitorum, stent in digestione dies quatuordecim, tum per emporeticam filtrando à fæcibus separa & serva.

○ ELIXIR PESTILENTIALE.
CROLLII.

℞. Florum Sulphuris, uncias tres.
Affunde

Olei Juniperini è baccis, ad eminentiam trium vel quatuor digitorum.

Succini, ab odoris vehementiâ ternâ rectificatione liberati, quartam, respectu olei Juniperini, partem.

Stent in arenâ sæpius movendo, ut flores lentè sine adustione solvantur.

Postea ℞. Theriacæ electæ, libram unam. Extrahe cum spiritu Vini optimo tincturam omnem, quam à spiritu vini per balneum aliquatenus separatam seorsim serva. Tandem

℞. Radicum Angelicæ,
Helenii,
Baccarum Juniperi contusarum,
ana uncias tres.

Cum eodem spiritu Vini extrahe tincturam, quam milce cum tincturâ prædictâ Theriacæ, atque affunde oleum Juniperinum & succinî floribus sulphuris imprægnatum, ac per chartam bibulam priùs filtratum; tandem omnia tenuissimo calore per dies quatuordecim circula.

ELIXIR PRÆSERVATIVUM
CONTRA PESTEM.

℞. Aloës, unciam unam,
Rhabarbari,
Mithridatii Damocratis, ana drachmas duas.

EL.

Croci,
Myrrhæ,
Camphoræ,
Agarici, ana drachmam unam.
Zedoariæ,
Gentianæ albæ, ana drachmam semis.

Incisis & contusis affunde spiritus Vini rectificatissimi, quantum ad eminentiam trium vel quatuor digitorum sufficit, digerantur octiduum, filtretur & servetur pro Elixire præservativo.

○ ELIXIR PROPRIETATIS
HELMONTII ALBUM.

℞. Aloës lucidæ optimæ,
Croci Orientalis optimi,
Myrrhæ electæ, ana unciam unam.

Redactam in pulverem subtilissimum A-
loën & Myrrham, Croco tantum conquis-
tato adde ac vasi commodo, plani, si præ-
stò sit, fundi impone & optimè clausum in
igne conveniente, moderato calore, ne vas
dissiliat, tam diu digere, donec totam
massam in fundo, aut, ut Authoris verbis
utar, in offlam coaluisse, ac guttulas flavas in
vitri parietibus circulare videris, quibus
perceptis vitrum aperi, ac affusa Aquæ Cinn-
amomi spirituosa librâ unâ, imposito a-
lembico & juncturis exactè lutatis, spiritum
igne paulò auctiori rursus destillando avoca.

ELIXIR PROPRIETATIS
ANTISCORBUTICUM.

℞. Aloës succocitrinæ,
Myrrhæ, ana unciam unam.
Croci, unciam semis.
Spiritus Vini Tartarifati, uncias
sedecim.
Salis dulcis, uncias octo.
Cochleariæ, uncias qua-
tuor.

Misce

EL.

Misce & extrahe omnem essentiam, quam per chartam emporeticam trajectam pro Elixire proprietatis Antiscorbutico serva.

**ELIXIR PROPRIETATIS
CUM RHABARBARO.**

R. Aloës succotrinæ, drachmas sex.

Myrrhæ rubræ electæ, drachmas duas.

Croci Orientalis, drachmam unam cum semisse.

Rhabarbari optimi, unciam semis.

Conscisis & contusis in phiolâ capaci affunde Vini Malvatici generosi uncias octo,

Spiritus Salis rectificati, unciam unam.

Stent vase optimè obturato in digestione, loco tepido octiduum, tum filtretur & servetur.

**ELIXIR PROPRIETATIS
PARACELSI.**

R. Aloës Succotrinæ,

Myrrhæ, ana uncias duas.

Croci, unciam unam.

Aloën & Myrrham in pulverem redige, Myrrham spiritu sulphuris irora, ut pastæ instar fiat, tum utrique Crocum conquassatum junge, ac affuso ad eminentiam trium digitorum transversorum circiter, pro vi tri capacitate, Vini spiritu, octiduum digne, spiritum tinctum effunde ac alium affunde, digere, tandem tinturas confunde, per bibulam cola, ac serva.

**ELIXIR PROPRIETATIS
SINE ACIDO.**

R. Myrrhæ electæ,

Aloës Succotrinæ,

Croci optimi, in subtilissimum pulverem redactorum, ana quantum placet.

EL.

Irrora olei Tartari per deliquium parati quantitate sufficiente, ut pultis consistentiam induat. Digestis in vitro commodo, probè obturato, viginti quatuor horas, affunde spiritus Vini rectificatissimi ad eminentiam quatuor digitorum transversorum, stent in digestione balnei, quatuordecim dies vase exactissime clavo & Hermeticè penè sigillato, agitando semel de die vas donec saturatè rubens extractum sit Elixir, sine acido dictum. Cujus virtus eximia satis, afflūs singulis ejus uncis drachmā una spiritus salis Armoniaci vinoli, aut alterius salis Volatilis aromatici, digerendo biduum, egregie exaltari potest in

**ELIXIR PROPRIETATIS DULCE
VOLATILE.**

**ELIXIR VITÆ MATTHI-
OLI CUM MOSCHO & AMBRA.**

R. Radicum Angelicæ,
Calami Aromatici,
Caryophyllatæ,
Valerianæ, seu Phu minoris,

Foliorum recentium Calamin-
thæ,
Majoranae,
Menthæ,
Pulegii,
Sclareæ,
Serpilli,
Thymi, ana drachmas duas.

Rosarum rubrarum,
drachmas tres cum semisse.

Florum Betonicæ,
Borraginis,
Buglossi,
Rorismarini,
Salviae,
Stoechados, ana dra-
chmam unam semis.

Seminis Anisi,
Fœniculi,

R

Se-

EL.

Seminis Ocimi,
Pastinacæ sylvestris, ana
drachmas duas.
Melanthii,
Corticum Citri extimarum, ana
drachmas tres.
Ligni Aloës, drachmam unam.
Santali Citrini, unciam unam se-
mis.
Cinnamomi, drachmas decem.
Cardamomi utriusque, ana dra-
chmas tres cum semisse.
Caryophyllorum,
Galangæ,
Nucis Moschatae, ana drachmas
tres.
Macis, drachmas duas.
Cubebarum, drachmam unam.
Zedoariae,
Zingiberis, ana drachmas quin-
que.

Incidendo & contundendo ac conteren-
do comminuta omnia in pulverem subti-
llissimum infundantur in libris duodecim
spiritus Vini optimè rectificati dies quat-
uordecim in vale exactissime obturato &
percultato. Tum alembici rostro prius in-
fertis

Scobis ligni Santali citrini, dra-
chmâ unâ semis.
Ambræ griseæ,
Moschi, ana drachmâ semis.

Juncturis optimè clausis, maris balneo,
ut artis est, destillentur, ac serventur. O-
missio Moscho & Ambræ iis, qui odora ferre
nequeunt, proderit ac servabitur nomine

○ ELIXIR VITÆ MATTHIO-
LI SINE MOSCHO & AMBRA.

○ ELIXIR VITRIOLI MYN-
SICHTI.

℞ Calami aromatici, unciam unam.
Caryophyllorum,

EL.

Cinnamomi electi, ana drachmas
tres.
Cubebarum,
Nucis Moschatae, ana drachmas
duas.
Galangæ minoris, unciam unam
semis.
Corticum Citri,
Ligni Aloës ponderosi, ana dra-
chmam unam.
Menthæ crispæ,
Salviæ acutæ,
Zinziberis albi, ana drachmas
tres.
Sacchari albissimi, uncias tres.

Incisa & contusa misce, & superfunde
spiritus Vini rectificati, uncias octo. Stent
in digestione per quatuordecim dies; deinde
adde spiritus Vitrioli uncias quatuor di-
gerantur septimanas quatuor, tum per Em-
poretam colentur. Residuo spiritus Vini
uncias aliquot affunde, digere & essentiam
reliquam extrahe, quam à fæcibus filtro se-
paratam, priori tincturæ junge & aliquam-
diu circulatam, probè serva.

ELIXIR UTERINUM
CROLLII.

℞ Castorii, libram semis.
Croci, uncias duas. Extrahe
cujusque tincturam seorsim spiritu
Vini, separa destillando ab utro-
que spiritum ad remanentiam ex-
tracti, quibus mixtis, adde
Extracti Artemisiæ, uncias qua-
tuor.
Salis Matris Perlarum, unciam
unam.
Oleorum stillatiorum
Angelicæ,
Anisi,
Succini, ana
drachmas duas.
Olea

BORUSSO-BRANDENBURGICUM. 67

EM.

Olea destillata sufficienti quantitati spiritus vini superius abstracti maritata & praedictis, mixta, ocliduum digerantur, tandem per chartam bibulam colentur.

EMPLASTRUM ALBUM COCTUM.

R. Ceræ albæ, uncias quatuor.
Cerussæ, libram unam semis.
Olei, libras duas.

Oleo leni igne bullienti Cerussa modico aceti asperso subtilissimè trita exactè miscetur atque ad consistentiam justam coquatur, cui tandem cera colliquefiat, ut legge artis in emplastrum justæ consistentia evadat.

EMPLASTRUM DE AMONIACO.

R. Mucilaginis Seminis Fœnu-Græci,
Lini, ana unciam unam.

Olei Irini, drachmas sex.
Pinguedinis Anatis,
Anferis,
Gallinæ, ana drachmam unam semis.

Unguenti de Altheâ, drachmas duas.

Coquantur igne moderato ad humiditatis absumtionem, quibus colliquescant.

Ceræ flavæ recentis & odoræ, unciae duæ.

Resinæ Pini, drachmæ sex.

Liquatis ac ab igne remotis junge Terebinthinæ unciam unam, in quam liquefactæ fuerint & solutæ,

Gummi Ammoniaci depurati, uncia semis.

EM.

Galbani depurati, drachma una.

Tandem adde Furfurum Triticeorum, unciam semis.

Pulveris radicum Bryoniae,
Iridis Florentinæ, ana drachmas duas.

Bdellii in aceto rosa-
ceo distemperiati, drachmam unam.

Massa Emplastri de Melilotto, dra-
chmas sex.

Misce fiat lege artis emplastrum.

EMPLASTRUM ANTIFEBRILE.

R. Terebinthinæ Cypriæ purissimæ, unciam unam semis.

Liquescat in vase cupreo super igne moderato, huic ab igne remoto injice Aranearum vivarum magnarum in hypocaustis vel locis mundis captarum numero quindecim.

Misce & agita pistillo ligneo usque dum color Terebinthinæ fiat cinereus & vix aliquid de araneis deprehendatur. Tum tepfactæ iterum mixturæ adde Telarum aranearum mundarum, quantum praedictæ aranæ texuere, vel harum loco adhuc novendecim araneas mediocres iterum fortiter agita, immiscendo inter agitandum

Asphaltri optimè pulverisati,
Salis Armoniaci, ana unciam unam semis.

Continua agitando donec refrigescat materia, & consistentiam ac calorem acquirat

EM.

emplastri nigerrimi, quod cum oleo scorpionum simplici malaxetur.

○ ALIUD E JUSDEM FARINÆ
CONTRA FEBRES QVAR-
TANAS.

Malignas & alias.

R. Terebinthinæ Venetæ unciam
unam semis.

Liquefactæ in aheno cupreo
adde

Aranearum vivarum magnarum
numero viginti

Spatulâ ligneâ agita donec ara-
næ mutato colore in gryseū

planè dispareant, post adde
Pulveris busonum siccatorum,
rubetarum siccatarum,

ana unciam semis.

Tartari crudi, unciam unam,
Pulveris Sabinae drachmas duas.

Olei scorpionum Matthioli.
quantum sufficit.

Super igne moderato agitando spatulâ
lignea (cavendo exhalantem fumum, nec
manibus nudis tangas) donec justam ac-
quirat consistentiam.

○ EMPLASTRUM ANTIPO-
DAGRICUM ZWELFFERI.

R. Terebinthinæ claræ, uncias sex.

In quâ liquefacit

Gummi Carannæ purissimi, un-
cia una.

Pulveris gummi Animæ,
Elemi,
Ladani,
Tacamahacæ,
ana uncia una
semis.

His exactè lenissimo calore solutis
& unitis immisceantur sequentia

EM.

successivè in alio vase leniter liqua-
ta:

Ceræ recentis odoræ, unciae octo.
Saponis Veneti, unciae quinque.
Olei Saponis Veneti cum silici-
bus destillati, unciae tres.

Masticæ electæ, unciae duæ.

Quibus debitè mixtis & in diplo-
mate colliquatis, inspergantur mi-
nutissimè & subtilissimè incisa ac
pultis instar conquassata, nempe
Radicum Chelidoniae recen-
tium,

Foliorum Hederæ arboreæ, ana
unciae duæ.

Florum recentium Rosarum ru-
brarum,

Sambuci,
Verbasci, ana
unciae tres
cum semisse.

Croci orientalis optimi, pulveri-
fati, uncia una semis, distem-
parati cum quantitate suffi-
ciente lixivii è cineribus vitis
parati,

Oculorum Populi arboris re-
centium, unciae tres.

Usneæ seu Musci Acaciæ, sele-
ctæ, puræ & recentis.

Pulveris Olibani,
Sandaracæ,
Succini, ana unciae duæ.

Camphoræ, modico olei ovorum
aut Sambuci solutæ, uncia una.

Salis Tartari optimè depurati &
siccati, unciae tres vel quatuor.

Misceantur exactissimè in diploma-
te dicto, & fiat artis lege Empla-
strum.

EM.

BORUSSO-BRANDENBURGICUM. 69

EM.

EMPLASTRUM ANTITOPHI-CUM.

- R. Gummi Carannæ, uncias duas.
Tacamahacæ, unciam unam semis.
Ammoniaci,
Bdellii, ana unciam unam.
Benzoës, unciam semis.
Pulveris Succini, drachmas sex.
Saponis Veneti, drachmas duas.
Ceræ, uncias octo.
Terebinthinæ Venetæ, unciam unam.
Olei Hypericonis, quantum sufficit,
Misce fiat lege artis emplastrum.
- o EMPLASTRUM APOSTOLICUM.
- R. Radicum Aristolochiæ,
Dictamni Cretici.
Æris usti,
squamarum subtilissimorum rufarum,
Æruginis, ana unciam unam.
Lapidis Calaminaris, drachmas sex.
Lithargyrii, uncias sex.
Ceræ Citrinæ,
Colophoniæ, ana uncias duas.
Bdellii,
Galbani depurati,
Myrrhæ,
Propoleos,
Sarcocollæ,
Terebinthinæ,
Glutinis Visci querni, ana unciam unam.
Gummi Ammoniaci depurati,
Thuris, ana drachmas sex.
Masticæ,

EM.

Mumiæ, ana unciam unam cum semisse.

Olei veteris, quantum sufficit.

Lithargyrio cum oleo sufficiente igne cocto, & colliquatae cum Colophonia ceræ, gummi Ammoniacum & Galbanum Terebinthinæ soluta jungantur, hisque reliqua in pulverem tenuissimum redacta, ac tandem visci querni gluten ex arte miscantur & fiat emplastrum, absque omni ratione, Apostolicum dictum.

o EMPLASTRUM ARTHRI-TICUM MYNSICHTI.

- R. Olei olivarum recentis libram unam.
Minii tenuissimè triti, uncias duas.
Coquantur mixta ad consistentiam emplastri mediocrem, quibus adde Ceræ citrinæ, libram unam,
Seminis Hyoscyami subtilissimè pulverisati,
Colophoniæ,
Terebinthinæ albæ, ana uncias quatuor.
Misce & fieri, ut artis est, Emplastrum justæ consistentiæ.

In pulverem redacta misce & affixa spiritus Vini librâ unâ aut quantum sufficit, biduanâ aut triduanâ leni digestione, vase opti-

ES.

optimè clausis, tinturam elice, quam post modicam expressionem per emporeticam separa & sollicitè serva.

○ ESSENTIA TRIFOLII FIBRINI SEU PALUSTRIS.

℞. Foliorum trifolii palustris modicè & recens siccatorum minutum concisorum, quantum vis.

Spiritus ex iisdem per fermentationem parati & rectificati, aut spiritus tantum ejusdem abstractitii, quantum sufficit.

Post debitam digestionem & extractionem exprimantur & filtrantur.

○ ESSENTIA UTERINA.

℞. Radicum Aristolochiae rotundæ veræ,
Diptamni albi,
Enulæ,
Gentianæ,
Pimpinellæ,
Rubia tinctorum,
Valerianæ, ana unciam semis.

Herbarum Artemisiæ,
Calaminthæ veræ, odoræ,
Melissæ,
Pulegii,
Rorismarini, ana manipulum unum.

Florum Borraginis,
Centaurii minoris,
Cheiri,
Lavendulæ, ana manipulum semis.

Seminis Dauci Cretici,
Fœniculi,
Levistici,

ES.

Pastinacæ sativæ,
Sileris Montani,

Castorii,
Croci, ana drachmas duas.
Cinnamomi acuti, unciam unam.
Galangæ,
Zedoariæ, ana drachmas tres.

Omnia concisa & contusa misce ac in tres partes divide, quarum uni affunde spiritus Vini rectificati quantum sufficit ad eminentiam sex digitorum, digere quadratum loco tepido, vase optimè obdurato & vesica bibulâ clauso. Extractam & exprefsam alteri tertiae parti reaffunde, rursus quadratum digere, deple, exprime & affunde tertiae residuae parti, similiterque digere exprime, tandemque per chartam emporeticam cola ac pro essentiâ optimè saturatâ custodi. Quod si hujus medium partem destillando balneo Maris juncturis optimè clausis ad extracti consistentiam exhale volueris, habebis extractum uterinum efficax, ac spiritus inde resultans pro spiritu Uterino, vehiculis aliis mixtus, non minus efficacem se se præbebit.

ESSENTIA UTERINA COMPENDIOSIOR.

℞. Radicum Bryoniæ siccatorum, Baccarum Sambuci recens lento calore siccatarum, ana drachmas duas.

Foliorum selectorum & ritè siccatorum,

Artemisiæ,
Dictamni Cretici,
Matricariæ,
Pulegii,
Rutæ,
Sabinæ, ana unciam semis.

Corticum Aurantiorum siccatorum, unciam unam semis.

Myrrhæ,
Castorii, ana drachmas tres.
Croci, drachmam unam.

A a

Mace-

ES. EX.

Macerentur octiduum in spiritus
Vini, libris quatuor.

Dein colentur & serventur pro usu.
o ESSENTIA VULNERARIA.
R. Radicum Alkannæ, drachmas
duas.

Rubiae tintororum,
Symphyti majoris,
Tormentillæ, ana un-
ciam semis.

Herbarum Alchimillæ,
Hederæ terrestris,
Perfoliatæ,
Plantaginis, ana mani-
pulum semis.
Pyrolæ,
Saniculæ, ana manipu-
lum unum.

Florum Hyperici,
Consolidæ majoris,
Saracenicæ,
Bellidis minoris, ana
manipulum semis.

Mumiæ Ægyptiacæ, unciam u-
nam semis.

Spiritus lumbricorum terrestri-
um volatilis, uncias sex.

Vini Malvatici aut Canariensis,
uncias octo, aut quantum
sufficit.

Concisa & contusa digerantur
vase bene clauso loco tepido, octi-
duum, postea exprimantur &
filtrantur per chartam bibulam.

EXTRACTUM ABSINTHII.

R. Summitatum Absinthii in umbra
siccitarum, libram unam.

Concisa & conquassata infun-
dantur in vase Vitreo

Aqua Absinthii destillatæ,
libris quatuor.

EX.

Salis Tartari, uncia una.
Digerantur octiduum in loco calido, li-
liquor inde expressus & colatus coquatur
igne lento ad consistentiam extracti justam.
Juxta hanc normam omnia penè herba-
rum extracta parari possunt.

Nota; Satis Tartari additionem, ob aëris
ad trahendi vim, nonnulli hic damnant,
abundet quisque suo judicio per nos li-
cet.

o EXTRACTUM AGARICL.

R. Agarici optimæ notæ contusi, un-
cias quatuor.

Affunde Spiritus Vini optimi ad
eminentiam trium digitorum,
stent in digestione quadriduum.

Postea decantetur & leviter exprimatur,
Colatura per emporeticam facta, in balneo
Maris abstrahendo vini spiritum, beneficio
Cucurbitæ alembico munitæ, ad extracti
consistentiam redigatur.

EXTRACTUM ALOES SUCCOTRINÆ QVERCETANI.

R. Aloës Succotrinæ optimæ, uncias sex, re-
dige in pulverem, ac in matracio seu cu-
cubitæ vitreâ affunde aquæ endiviae aut
acetosæ ad eminentiam quatuor vel
quinque digitorum, cucurbitam aut ma-
tracium exactè subere ac cerâ Hispanicâ
claudere atque in balneum Maris, fere bul-
liens, positam, duos vel tres dies digere,
ac solvetur aloë & aqua Rubini colore
induet, quam decanta, aliamque sed mi-
norì quantitate affunde, ut prius digere
atque tinctam priori adde, idque toties
continua, donec non amplius tingatur
aqua, quas omnes confusas destilla leni-
igne & exhala ad melluginem spissam.

o EXTRACTUM ANGELICÆ RADICUM.

R. Angelicæ radicum uncias quatuor, crassi-
uscule contusæ infundantur quadriduum
in Spiritus Vini tartarisati librâ unâ, stent
in loco calido, donec extracta sit radicu-
lum virtus, extractam deple & expime.
Residuo aquam communem affunde at-
que aliquantis per coque, tandem expri-
me, per emporeticam depura, atque
priori

EX.

priori extractioni spiritu vini factæ adjunge, per emporeticam cola atque in cucurbitâ coquendo ad spissitudinem exhalata.

Modo planè simili ex omnibus radicibus extracta parari possunt.

EXTRACTUM ANTIFEBRILE.

R. Residuum à destillata aquâ antifebrili supra descriptâ in cucurbitâ restans expressum & colatum, ut artis est, inspissando fiat extractum, hoc nomine dignum.

○ EXTRACTUM CASTORII.

Ex essentiâ ejus supra edocta, Spiritum Vini per alembicum leni igne avocando ac in extracti consistentiam exhalando fiat. Spissitus inde resolutans in futurum pro parandâ rursus essentiâ servari aut medicamentis hystericis utiliter jungi potest.

○ EXTRACTUM CATHOLICUM.

R. Aloës succotrinæ purissimæ, unciam unam.

Agarici optimæ notæ,
Radicum Hellebori nigri,

Jalappæ,

Scammonii electi, ana unciam semis.

Pulpæ Colocynthidis albæ, drachmas sex.

In pulverem redacta infundantur in Spiritus Vini tartarizati quantitate sufficienti ad eminentiam quatuor digitorum, ac digerantur triduum, dein cum aliquali expressione per bibulam colata exhalentur ad mellis spissi consistentiam, cui adde pollinis sacchari albissimi,

Olei destillati Cinnamomi,
Caryophyllorum,
ana guttis sex.
Anisi, guttis decem irrorati, unciam unam.

& exactè misce.

EX.

EXTRACTUM CHAGARRILLÆ.

E corticis Chacarillæ in pulverem redacti modo Pharmacopœis noto & usitato, cum spiritu Vini rectificato, secundum artem parandum, & avocato spiritu moderati caloris arenæ beneficio inspissandum ad debitam extracti consistentiam.

○ EXTRACTUM CHOLAGOGUM.

R. Rhabarbari, uncias sex.

Folliculorum Senæ, uncias quatuor.

Cinnamomi electi & acuti, Santali Citrini, Spicæ Nardi, ana unciam semis. Trochiscorum de Berberibus, uncias duas.

Omnibus subtilissimè pulverisatis affunde succi Rosarum pallidarum optimè depurati, quantitatem sufficientem ad eminentiam trium digitorum, digere per triduum expime torculari, & ad extracti mellei consistentiam inspissa, cui extracti Aloës supra edocti tandem, ut & extracti Scammonii spiritu vini parati, unciam unam adde & probè misce.

○ EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS.

Ex solâ pulpâ à granis omnibus vendicata coquendo fit aquâ communi & decoctionem postea colatam, expressam & filtratam, addito sub finem pauxillo Spiritus Vini optimi ad extracti spissam consistentiam evaporando.

EXTRACTUM CROCI.

R. Croci orientalis optimi, uncias duas.

Spiritus Vini rectificatissimi, quantum satis, ad eminentiam digitorum duorum, digere loco repido vase optime clauso per biduum, spiritum tinctum deple, alium affunde, digere, idque continua donec omnis A. a. 2 effentia

EX.

essentia extracta, quas omnes confunde ac spiritum in balneo abstrahe ad extracti consistentiam.

Aut, si mavis, solâ aquâ communi omnem Croco Essentiam elue quam posteâ exhalando inspissa in extractum, quod non nullis, forte non injuriâ, präcedenti präfertur.

o EXTRACTUM DIACARTHAMI COMPOSITUM.

R. Seminis Carthami decorticati, uncias quatuor.

Foliorum Senæ à stipitibus mundatorum,

Turbith gummosi albi, ana unciam unam semis.

Rhabarbari optimæ notæ, unciam unam.

Agarici recens trochiscati, drachmas sex.

Scammonii optimi, drachmas quinque.

Mandæ electæ, uncias duas semis.

Myrobalanorum Chebularum, uncias tres.

Polypodii quercini, uncias duas.

Zingiberis albi, drachmas duas.

Infundantur omnia incisa & contusa in quantitate sufficienti spiritus Vini ad eminentiam quinque digitorum, digerantur loco calido quadriduum, Spiritus tinctus effundarur, residuum exprimatur, utrumque extractum per bibulam colatum, de stillando ad extracti mellei consistentiam exhalat.

o EXTRACTUM EPILEPTICUM.

R. Radicum Angelicæ, Pœoniæ, Pyrethri, ana unciam unam.

Foliorum Majoranæ, cum summitatibus, manipulum unum.

EX.

Foliorum Rutæ,

Scordii, ana manipulum semis.

Florum Lavendulæ,

Liliorum convallium,

Pœoniæ,

Rorismarini,

Stœchadis Arabicæ, ana unciam semis.

Ligni Sancti,

Visci Corylini, Tiliacei, aut Quercini, ana unciam semis.

Rafuræ Cornu Alcis.

Cervi,

Cranii humani non humati, ana unciam semis.

Castorii recentis, drachmam unam semis.

Specierum diamoschi dulcis, unciam semis.

Concisis & contufis affunde spiritus Vini Rhenani aut saltem Gallici ad eminentiam quatuor digitorum, digere vase probè obturato & munito loco calido. Tinctum spiritum effunde, residuum exprime, per emporeticam filtra & in balneo juncturis exactè clausis spirituum evoca, (qui, Epileptici vices subire aptus, seorsim servetur) residuum à spiritu ad mellis spissioris consistentiam revocatum pro Extracto Epileptico serva.

o EXTRACTUM FEBRIFUGUM.

R. Radicum Gentianæ, uncias tres.

Imperatoriæ,

Aristolochiæ rotundæ,

ana unciam semis.

Foliorum rutæ, manipulum unum semis.

Absinthii,

Centaurii minoris,

Scordii, ana manipulum unum.

Rafuræ

EX.

Rasuræ ligni Gvajaci, unciam unam semis.

Corticum ejusdem, unciam semis.

Fraxini, unciam unam.

Nucis Moschatae,

Corticum extremorum aurantiorum, ana drachmas duas.

Concisis ac contusis affundatur Spiritus Vini rectificati, quantum sufficit ad trium quatuorve digitorum supereminentiam ac in loco tepido digerendo tinctura extrahatur, decantetur ac denuo spiritus Vini rectificatus affundatur, idq; toties repetatur, donec omnis tinctura e speciebus sit extracta, tincturas omnes misce, & ex Cucurbita maris balneo leni igne spiritum avoca, (eidem usui servandum) maximam partem & ferè omnem, residuum in vas vitreum infunde, tum

¶. Myrrhae rubrae selectæ, drachmas duas.

Croci optimi, drachmam unam. Fiat pulvis subtilissimus, quem residuo illi admisce ac lenissimo igne ad extracti consistentiam inspissando reduc & cautè serva.

EXTRACTUM HELLEBORI NIGRI.

¶. Fibrarum Hellebori nigri teneriorum, rejectis partibus lignosis, libram unam.

Scindendo comminuantur, & affundantur

Aqua simplicis limpidissimæ, librae tres.

Spiritus Vini, unciæ quatuor.

Salis Tartari, uncia semis.

Macerentur in balneo Maris ad sufficiētem virium extractionem, tum liquor extractus depleatur, & ad Extracti spissitudinem exhaletur.

EXTRACTUM IRIDIS NOSTRATIS.

¶. Radicum Iridis nostratis recentium, quantum vis.

EX.

Conquassatae infundantur triduum in vini generosi albi, quantum sufficit, tum exprimantur. Expresso huic liquori misce succum earundem recens expressum & depuratum, ac per bibulam cola. Colaturam in balneo ad extracti consistentiam evapora.

EXTRACTUM JUNIPERI BACCARUM.

¶. Baccarum Juniperi maturarum, quantum placet.

Conquassatas coque in sufficienti quantitate aquæ simplicis, Coctas cola & expime. Liquorem expressum & emporeticâ colatum exhalando inspissa, sub finem spiritus Juniperini rectificati pauxillo addito, ad extracti consistentiam.

EXTRACTUM LIGNI GUACI.

¶. Rasuræ ligni Guajaci, quantum vis.

Coque in aquâ communî ad medietatem, decoctum expressum & clarificatum inspissando in extractum redige.

EXTRACTUM MAROCOSTINUM.

¶. Ligni Aloës, drachmas duas.

Agarici recens trochiscati, drachmas sex.

Extrahantur sufficienti quantitate spiritus Vini rectificati, Spiritus tinctus effundatur, Residuum exprimatur fortiter, expressum spiritui jungatur, quibus junctis

Myrrhae electæ drachmæ sex solvantur ac per bibulam colentur.

Interea

¶. Succi depurati Absinthii,

Apii,

Fœniculi, ana

uncias tres.

Cichorii,

Fumariae,

Pimpinellæ, ana

uncias octo.

Infusionis & ex-

pressionis rosa-

rum Damasce-

EX.

narum saturatæ, uncias vi-

ginti.

In quibus mixtis infunde in pulve-

rem redacta,

Costi Arabici, aut veri potius,
Cannellæ albæ nomine vul-
gò venientis, drachmas sex,
Croci Orientalis,
Mari veri, una unciam semis.
Rhabarbari electi, uncias tres.
Digere loco calido viginti quatuor
horas, tum exprime, expressionem
cola, in colaturâ solve

Aloës Succotrinæ, libram unam,
solutam per emporeticam
trajice, demum adde
Gummi Ammoniaci in
Aceti scillitici, unciis quatuor.
rutacei, unciis duabus,
mixtis invicem, soluti, unciam
unam semis.

Solutiones has combinatas lento igne ad
Extracti consistentiam evapora, sub finem
superiorem ligni Aloës & Agarici extractio-
nem addendo, fiat lege artis, justæ con-
stantiae extractum.

EXTRACTUM NICOTIA-
N.E.

R. Foliorum Nicotianæ seu Tabaci, quan-
tum vis, macerentur aquâ frigidâ per
noctem, quam aquam macerationis, ut
pote inutilem ac noxiæ effunde, ac re-
centem foliis affunde, quâcum illa sic
macerata coque & quidem diutiis lon-
gè, quâm aliæ herbæ pro extractis pa-
randis coqui solent; Decoctum hoc diu-
tinum tandem cola, & exhalando ali-
quousque inspissa; inò, quò satis securus
sis, volatiliores & acriores particulas suf-
ficienter esse coquendo, exhalatas, ubi
mellagineam acquisiverit decoctum con-
stantiam, aquæ recentis aliquotam par-
tem reaffunde ac denuò coque, donec
& illâ evaporata, tandem ad justam ex-

EX.

tracti consistentiam tabaci succus fuerit
redactus, quem vase sollicitè recto &
ab aëris commercio probè munito ser-
va accurate, ne situm contrahat.

EXTRACTUM OPII.

R. Opii Thebaici optimi, quantum
vis.

In frustula minutissima scissum in cueur-
bitâ vitreâ vino albo generoso aut saltam
Aquâ communi fluviali solve, solutum de-
ple & per emporeticam destilla, residuo
parum spiritus Vini affunde, digere, exta-
he, filtra, priori soluto redde ac calore
moderato Balni ad extracti consistentiam
inspissa.

EXTRACTUM PANCHY-
MAGOGUM.

R. Agarici optimæ notæ, recens
trochisciati,

Diagrydii,

Jalappæ,

Rhabarbari electi,

Turbith albi & gummosi,

Seminis Carthami decorticati,
ana unciam semis.

Fibrarum radicum Hellebori
nigri,

Foliorum Senæ à stipitibus
mundatorum, ana unciam u-
nam.

Pulpæ Colocynthidis veteris, ab
arillis & granis purgatae, dra-
chmas sex.

Cinnamomi electi & acuti, dra-
chmam unam.

Cardamomi,

Caryophyllorum, ana dra-
chmam semis.

Croci,

Spicæ Indicæ,

Ligni Aloës, ana scrupulum u-
num.

Masticæ, drachmam semis.

Con-

EX.

Contusa omnia crassiusculè infundantur in spiritus Vini Rectificati, quantum sufficit ad eminentiam trium digitorum, stent loco calido in digestione, singulis diebus movendo, dies quatuordecim, facta cum expressione colaturā, residuo affunde

Aquæ Rosarum,
Carduibenedicti,
Fumariæ,
Betonicae,

imprægnatæ Salis Tartari purissimi, drachmis sex, ana quantum satis, dixerit biduum igne fervente balnei, tum exprime & per bibulam cola, solutionem utramque misce & lenissimo igne balnei maris, in cucurbitâ alembico munitâ Spiritum Vini primum, suis usibus aptum evoca, postea vase aperto ulterius ex arte ad debitam extracto consistentiam evapora.

Nota; Species diarrhodon huic extracto alias addi solitas, ob ingredientia plura extractioni inepta, & ad rem non facientia, omisimus, ea solum, que huic scopo aliquatenus convenire possunt do si congruâ addendo.

○ EXTRACTUM PILULARUM AUREARUM.

○ EXTRACTUM PILULARUM COCHIARUM.

○ EXTRACTUM PILULARUM TARTAREARUM.

Species harum singulæ scorsim sufficienti quantitate spiritus Vini Tartarisati successivè affusi, & ubi sufficienter tintus, rursus effusi, in loco calido extrahantur, tandem & exprimantur & filtrantur. Affusa postremò & aquâ, ut quæ spiritus Vini solvere aut extrahere nequit, aquæ cedant, parumper & moderatè bullienti; deinde omnes extractiones & solutiones confusæ, & filtratae, abstracto prius cucurbitâ capitello munitâ spiritu potiori, ad spissitudinem Extracto convenientem exhalent.

EX.

EXTRACTUM PIMPINEL-

LÆ.

Aliorum extractorum simplicium methodo, lege artis fit.

EXTRACTUM RHABAR-

BARI.

Paratur ad modum aliorum extractorum è radicibus siccis, quem in radicibus Angelicæ vide;

Parari quoque potest modo in Essentiâ Rhabarbari præscripto, loco aquarum destillatarum simplicem applicando, & extractam hâc ratione Essentiam rursus, ut artis est, inspissando.

EXTRACTUM SCORZONE-

RÆ RADICUM.

Radices recentes succulentas, optimè depuratas, scinde minutum & in aquæ simplicis quantitate sufficiente ad mollitiem coque, conquassa, exprime, expressum & clarificatum succum ex arte ad consistentiam extracti lento igne evapora, si in cucurbitâ alembico & recipiente munitâ fiat exhalatio aquam unâ operâ lucaberis. Multi id ex residuo aquæ destillatae parare solent, affusa denuò aquâ id coquendo & in extractum inspissando, sed dubio procul potioribus virtutibus viduatum, hinc fortassis exigui usus.

EXTRACTUM SENÆ FO-

LIORUM.

¶ Foliorum Senæ mundatorum, quantum placet.

Macera viginti quatuor horas in sufficienti quantitate Aquæ simplicis, loco calido, extractum tintum effunde, residuum foliorum exprime, utrumque conjunge, è foliis expressis calcinatis, Salem extrahe, quem extracto misce, ac dein blando id calore balnei ad extracti requisitam consistentiam evapora.

○ EXTRACTUM SOLUTI-

VUM.

¶ Foliorum Senæ Orientalium electorum,

EX.

Rhabarbari selecti, ana uncias tres.

Cinnamomi electi,
Seminis Anisi, ana drachmam unam.

Tartari Tartarisati, drachmam unam semis.

In pulverem subtilissimum redacta infunde in Aquæ Endiviæ, librâ unâ. Stent in digestione ignis arenæ moderati diem & noctem, postea colentur cum levi expressione. Colatura ad extracti consistentiam evaporetur.

○ EXTRACTUM SPECIERUM AROMATICARUM ROSATARUM.

E speciebus aromaticis Rosatis, ad instar extracti pillularum Cochiarum supra educti paretur.

○ EXTRACTUM THERIACALE

℞ Theriacæ quantum vis, affunde Spiritus Vini simplicis, ad eminentiam arbitrariam, post triduanam digestionem spiritum tinctum effunde & parum exprime, tum inspissa ad consistentiam extracti justam.

○ EXTRACTUM TROCHIS-CORUM ALHANDAL.

Trochiscis in pulverem redactis in curbitâ Vitrea aquæ simplicis affunde quantum sufficere videtur, & præterea Spiritus Vini Tartarisati partem circiter dimidiâ ratione aquæ, digestione sufficienti factâ ac virtute trochisorum satis extractâ, filtretur per emporeticam totum, & lento calore ex arte in extractum debitæ consistentiæ exhaletur. Aut saltem commixto trochiscis pulverisatis Salis Tartari tantillo, & a fuso Spiritu Vini aut frumenti solùm communi à scotore tantum aliquatenus liberato fiat extractio.

Præterea supercedere quoque hoc labore possent Pharmacopœi, Extracto Colo-

FE.

cynthidis supra educto instructi, eodem enim ferè utrumque extractum recidit.

EXTRACTUM VERONICÆ.

Paratur aliorum extractorum instar lege Artis.

FÆCULA BRYONIÆ.

R. Radicis Bryoniae succulentæ depuratæ & ab exteriori cortice liberatae, quantum lubet, comminutam ac probè contusam, sacculoque lineo inclusam, præ subjice, atque succum fortissimè expime, expresum vitro idoneo aut vase terreo probè vitreato infunde, ac loco frigido sepone, sic subsidebit pulvis albus, à quo humorem supra natantem, decantando aut filtrando separa, sæculam residuum blandè sicca & serva. Eodem modo reliquæ etiam fæculæ quondam usuales, Ari, Iridis, Serpentariae, quarum usus nunc ferè penitus exolevit, parari possunt.

FEBRIFUGUM D.CRAANII.

Aliis REGULUS Antimonii Medicinalis.

℞ Antimonii crudi optimi uncias quinque.

Salis communis, uncias quatuor.

Tartari, unciam unam.

Trita in pulverem tenuem exactè misce ac crucibulo paulatim & successivè inspersum igne sufficienti administrato liqua; sed nota, ne, antequam quod primum injeceris, optimè fluat, aliud denuò inspergas, alias tempus & operam perdes, ubi omne fuerit ingestum, igne auctiori fluat per horæ quarantem instar aquæ, postea igne exētum crucibulum quiescat, & refrigeretur, sic scoriæ cum salibus in superficie, Regulus in fundo picei coloris splendens fracto crucibulo reperiatur, quem à fragmentis ac scoriis separatum & subtilissimè tritum, sub forma pulveris punicei, ut vulgo audit, brunni coloris, vase optimè clauso serva.

FERMENTUM ANODINUM.

℞ Opii uncias quatuor, affunde in vitro capaci & ampli orificii, Succi

BORUSSO-BRANDENBURGICUM. 101

FL.

Succi recens expressi & per resi-
dentiam quadantenus depu-
rati Cydoniorum libras duas,
adde

Crystallorum Tartari &
Salis ejusdem, ana unciam semis.
Spiritus Vini, unciam unam.

Stent loco calido ut fermententur, fer-
mentata à facibus & spumâ superincum-
bente per linteum colando separa, Cola-
tum in balneo Maris coque ac ad consi-
stentiam pilularem inspissa.

*Nota; Qui fermentum hoc Vini spiritu re-
ctificatissimo rursus solvere, filtrare, a-
liquantisper digerere & avocato spiritu
ad extracti consistentiam redigere volu-
erit, habebit*

*Opium preparatum Langelotti Au-
gustanis Laudanum Opiatum Cydo-
niatum dictum.*

FLORES ANTIMONII, vide supra
ANTIMONII FLORES.

o FLORES BENZOES
GUMMI.

℞. Gummi Benzoës subtilissimè tri-
ti quantum vis,

Misce arenæ purissimæ, lotæ & rursus
siccatæ duplo, inde cacabo terreo vitrea-
to rotundo, cui pyramidem chartaceam,
duplicatam ita impone, ut orificio ca-
cabi illâ exactè tegatur, ac igne mode-
rato carbonum subministrato, sublima-
buntur flores chartæ cohærentes, sæ-
pius, nè relabantur, eximendi, donec
omnes sublimati fuerint.

Est aliis per destillationem parandi mo-
dus, quo majores & elegantiiores acquirun-
tur flores, quem qui sequi voluerit, con-
sulat Schröderi Pharmacopœam. Parte 4.
Classe 2. Tit. 377. Pag. 217.

FLORES SALIS ARMONIA-
CI MARTIALES.

℞. Limaturæ martis subtilissimæ, un-
cias quatuor,
Salis Armoniaci purissimi, libram
semis.

FL.

In pulverem reducta & optimè mixta ac
aliquamdiu loco calido digesta, è cucurbi-
tâ vitreâ igne arenæ gradatim aucto, tan-
dem satis intenso sublimantur. Flores su-
periores ac leviores cautè collecti præter
alios usus Essentiae Martialis parandæ ce-
dunt. Inferiores in fundo cucurbitæ resi-
dui per deliquium in cellâ solvendî, liquo-
ri Martiali suo loco tradendo inserviunt.

FLORES SULPHURIS.

R. Sulphuris pulverisati quantum vis, Are-
næ lotæ & rursus exsiccatae, aut Salis de-
crepitati tantundem milce ac è cucurbi-
tâ plani fundi proportionatâ, igne are-
næ convenienti sublima; Initio capitellum
impone rostratum, ad excipiendum
ac removendum parum lipuoris acidi,
quod si magna sulphuris copia subliman-
da, primò exstillare solet. Hoc deficien-
te muta alembicum rostratum ac cæcum
impone aut rostrum saltim arctè obtura,
ad arcendum aëris accessum. Quo florib-
us aliquatenus repleto, alium priori ex-
actè respondentem, qui hunc in finem
in promptu sit, remoto priori impone
subito (ne irruente in cucurbitam aëre
sulphur servensflammam concipiat) ac
flores in priori collectos cautè exime,
quò altero quoque floribus impleto,
hunc rursus imponere queas, sicque
continua justo ignis gradu donec omnes
ascenderint flores, quos sollicitè colle-
tos serva.

FLORES SULPHURIS
MYRRHATI.

Fiunt addendo ad uncias duas
florum sulphuris simplicium modo
edoctorum,

Aloës epaticæ,
Myrrhæ selectæ, ana unciam u-
nam.

Croci, scrupulum unum.

Subtilissimè conterendo ac mi-
scendo.

FLORES VITRIOLI MARTIS.

℞. Vitrioli Martis ad flavedinem
calcinati,

Salis

Cc

GI. GU.

Salis Armoniaci purissimi, ana quantum vis.

Conterendo misce exactè ac cucurbitæ vitreas plani fundi indita leni primum igne dein gradatim fortiori, donec nullum amplius humum ascendere videas, urge, sic cum sale armoniaco juncti ascendent flores Vitrioli, cessante fumo cessa ignem, ac sublimatos salis armoniaci cum floribus Vitrioli flores cautè collige, atque affusâ Aquâ limpida tepido Maris balneo viginti quatuor horas fove, sic subsidebit pulvis tenuissimus, quem iteratis ablutionibus edulcoratum pro floribus Vitrioli Martis serva.

o GILLA THEOPHRASTI.

Sal est album Vomitivum, quod à destillatione spiritus Vitrioli, Veneris præferunt, è capite mortuo coquendo, filtrando & coagulando paratur.

GLYCYRRHICA TORTILIS.

R. Specierum diaireos simplicium, drachmas tres.

Pulveris radicum glyzyrrhizæ optimæ, unciam unam.

Croci orientalis grana sex.

Sacchari candi qualiscunque alibi aut rubri uncias quindecim.

Essentiae Ambræ guttas octodecim.

Gummi Tragacanthi albissimi in aquâ Rosarum soluti, quantum sufficit pro faciendâ pastâ.

Fiant inde bacilli tortiles.

GUMMI AMMONIACUM DEPURATUM.

Fit illa depuratio solvendo gummi Ammoniacum acetô vini forti leni igne, & post colaturam rursus igne moderato acetum avocando & insipiendo.

Eodem modo & Galbanum, Opopanax & Sagapenum depurantur.

GUMMI LACCÆ DEPURATIO.

Lotio ejusdem est, quâ trita modicè, af-

JU. LA.

fusa aquâ simplici purâ, pistillo continuè agitur, donec clarescat, tum quiescente paululum aquâ ac paulatinâ effusâ, quod in fundo resedit, laccæ siccatur & servatur.

JULAPIUM ROSATUM ET VIOLARUM.

Parantur simplici solutione super igne moderato Sacchari albissimi, libræ unius cum semisse, in aquâ illorum florum fragrantissimæ, librâ unâ

LAC SULPHURIS.

R. Florum Sulphuris quantum vis, olei Tari- tari per deliquium, quantum sufficit, solve digerendo flores in liquorem, cui affunde acetum vini album clarissimum & lactescet ac præcipitabitur, pulveris formâ, crebris affusionibus aquæ pluviae destillatae à saltedine liberandum, lac, quod appellatur, sulphuris.

Qui hoc ipsum è sulphure crudo, cum calce vivâ cocto, & post colaturam emporieticâ mediante factam, atque aceto saltem communi claro præcipitato pauperum in gratiam, ut minori illis pretio veneat, parare voluerit, huic id integrum esto.

LAC VIRGINIS.

R. Lithargyrii subtilissimè triti, libram semis.

Coque in aceti vini fortis albi, librâ unâ semis ad consumtionem tertiae aceti partis, tunc filtra.

Colaturæ affunde Aluminis crudi in Aquâ communis quantum sufficit soluti & aliquantis per cocti uncias quatuor, & albescet liquor, qui lac Virginis minus aptè vulgo dicitur.

LAPIS MEDICAMENTOSUS CROLLII.

R. Vitrioli Viridis, libram unam, albi, libram semis.

Aluminis crudi, libram unam semis.

Salis

LA.

Salis anatron seu fellis Vitri,
Communis ana uncias tres.
Tartari,
Absinthii,
Artemisiae,
Cichorii,
Persicariae,
Plantaginis, ana unciam
semis.

In olla vitreatâ satis capaci pulverisata
omnia ac affuso aceti Vini, quantum suffi-
cit, humectata coque igne carbonum mo-
derato, sèpius agitando, cum spissescere in-
cipit, adde optimè trita

Cerussæ, libram semis.
Boli Armenæ, uncias qua-
tuor.

Subigantur diligentissimè & misceantur
exactè donec exhalante liquore omni in
lapidis duritiem concreverint, qui fractâ
olla eximendus & usui asservandus.

LAPIS PRUNELLÆ.

R. Nitri optimè depurati, quantum
vis.

Liqua in crucibulo, liquato injice flo-
rum sulphuris aut sulphuris saltim flavi pu-
rissimi frustulatim, successivè pauxillum, do-
nec ad unciam unam Nitri drachma circiter
semis deflagraverit, tum in rotulas ef-
funde parumper refrigeratum.

Si quas inter deflagrandum impuritates
contraxerit, solvi poterit Aquâ quâcunque
vel pluvia destillata, vel rosarum, quod præ-
stat, ac rursus secundum artem Chrystilli-
fari, aut in rotulas liquatum effundi.

LAUDANUM OPIATUM
COMPLETUM.

R. Extracti opii, supra inter extra-
cta edocti, uncias
duas.

Croci, unciam semis.
Succini albi præparati,
Coralliorum rubrorum præpa-
ratorum,

LA.

Margaritarum Orientalium præ-
paratarum,
Lapidis Bezoar Orientalis,
Terræ sigillatae Strigensis, ana
drachmam unam.
Ambræ gryseæ selectæ, scrupu-
lum unum.
Moschi Alexandrini, scrupulum
semis.

Misce fiat lege artis Opiatum.
LAUDANUM HYSTERICUM
SEU MULIERUM.

Fit è Laudani opiatu incompleti,
mox docendi, uncia unâ cum
semisse.
additâ extracti Castorii dra-
chmâ unâ semis.

LAUDANUM OPIATUM IN-
COMPLETUM.

Paratur ad instar completi, Am-
brâ solùm & Moscho demptis.

LAUDANUM OPIATUM
LIQUIDUM.

Quibusdam, quorum inter arcana ha-
etenus latuit, *Confectio Pacifica* audiit, ac
Helmontio, à le Mort in Chymia sua Me-
dico-Physicâ c. 15. p. 229. tributa, cujus ta-
men in scriptis de illa ne gry quidem Lau-
dani equidem Paracelsi, sed ab hoc longè
diversi mentionem alicubi facit, confectio-
nis autem hujus pacificæ nusquam; A Do-
ctori Langelotto in epistolâ sua ad Erudi-
tos demum aliquatenus revelatâ, & sub ti-
tulo fermenti anodynæ ex parte descriptâ,
sequenti fit modo:

R. Opii Thebaici optimæ notæ, in
particulas exiguae cultro
discerpti uncias quatuor.

Quibus in vitro capaci, supernè
patenti affunde succi Cy-
doniorum expressi libras
duas.

Stent aliquamdiu hebdomadem fortè unam
aut alteram, loco tepido, donec fermenta-
scant,

LA.

scant, dum fervent, à vaporibus opii noxiis exhalantibus cave, ubi deserbuerint, à sedimento cola, colato adde

Pulveris Cinnamomi electi,

Caryophyllorum,

Nucis Moschatæ ana
unciam unam.

Croci optimi unciam se-
mis.

Stent infusa supernè operculata dies ad-
huc sex, tum denuò cola, succumque fer-
mentatum suffcienter expime, ac aliquan-
tisper vase idoneo exceptum ac probè te-
ctum leniter coque, postea refrigeratum
per emporeticam stilla & in vitro optimè
obturato sollicitè serva, tanquam medica-
mentum eximiis laudibus dignissimum.

LAUDANUM LIQUIDUM

D. SYDENHAM.

R. Opii Thebaici depurati & rur-
sus siccati, uncias duas.

Croci orientalis optimi, unciam
unam.

Pulveris Cinnamomi acuti,
Caryophyllorum ana
drachmam unam.

Vini Hispanici optimi, libram
unam.

Infunde ac balneo Maris triduum dige-
re, donec opium sit solutum & reliquorum
virtus extracta, tum demum levi expressio-
ne cola ac serva. Plurimis

Elixir Balsamicum audit.

LAUDANUM URINARIUM.

R. Succi Liquiritiæ in aqua Alkekengi
soluti, unciam unam se-
mis.

Camphoræ, drachmam unam.

Croci, scrupulos quatuor.

Baccarum Alkekengi, unciam
semis.

Gummi tragacanthi,

Masticæ ana drachmā

unam semis.

Laudani opiatæ, drachmas duas.

LI.

Misce fiat massâ, ex qua fermentur pilu-
lae, pro re natâ idoneæ.

A quibusdam, D. Michaëlis attributæ, pro
summo secreto habentur, de quibus tam-
en in scriptis ejus editis altum silentium.

LIQVOR CORNU CERVI
SUCCINATUS.

R. Spiritus Cornu Cervi probè re-
tificati, uncias quatuor.

Salis Volatilis Cornu Cervi,
Succini, optimè de-
purati, ana un-
ciams unam.

Mixta digere in phiolâ optimè clausâ,
leni calore balnei, donec exactè uniantur,
post modum destilla è retortâ juncturis pro-
bè munitis ex arenâ igne moderato, & a-
liquoties cohoba.

LIQVOR MARTIALIS.

R. Residuum in cucurbitâ à floribus salis
Armoniaci Martialibus, quos sub suo ti-
tulo consule, sublimatis in fundo restans
in cellâ per deliquum solutum, liquo-
rem præbet Martiale postremò satu-
rationem, egregium, variis medelis a-
ptum, confer Tincturam Martis Vitrio-
latam & notam illi subjunctam.

LIQVOR PRÆCIPITANS
CLAUDEI.

R. Cinerum Clavellatorum purissi-
morum, quantum vis.

affunde Aquæ Florum Acaciæ,
Sambuci,
Cochleariæ,
Nasturtii, ana quan-
tum sufficit.

Ad eminentiam quatuor vel
quinque digitorum, agita aliquoti-
es filtra ac serva.

O LOOCH AD ASTHMA.

R. Squillæ assæ & præparatæ; unci-
am semis.

Hyssopi,

Prasii, ana drachmam unam.

Iridis Florentinæ, drachmas duas.

Croci,

LO.

Croci,

Myrrhæ, ana drachmam semis.
Mellis despumati, quantum sufficit, pro confiendo ex arte Looch.

○ LOOCH DE PAPAVERE.

R. Amygdalarum dulcium recens
decorticatarum.

Pinearum enucleatarum,

Gummi Arabici,

Succi Glycyrrhizæ, ana unciam
unam cum semifl.

Amyli, drachmas tres.

Sacchari albissimi, libram semis.

Papaveris albi, uncias tres.

Mucilaginis è seminis Cydonio-

rum

Portulacæ

ana unciâ semis.

Aquæ tussilaginis quantitate suf-
ficiente extractæ, quantum
requiritur.

Contusis contundendis omnia mix-
ta, cum mucilagine seminum extra-
cta subigantur, ac ad justam looch
consistentiam addito Syrupi de
Papavere compositi, quantum
sufficit, redigantur.

○ LOOCH DE PASSULIS.

R. Radicum Glycyrrhizæ,
Pœoniae, ana unciam
semis.

Herbarum Hyssopi,

Melissæ,

Scolopendrii, ana ma-
nipulum semis.

Coquantur comminuta sufficienti
quantitate Aquæ pluviae.

Colaturæ, cum forti expressione
factæ, adde

Passularum minorum mun-
datarum ac probè con-
tusarum, libram unam.

LO.

Coquantur denuò ac tandem per
linteum forte calidè expriman-
tur & cum

Sacchari albissimi, librâ unâ, se-
cundum artem subigendo,
fiat Looch.

○ LOOCH DE PORTULACA.

R. Gummi Arabici,
Sanguinis Draconis,
Trochis corum de Carabe, ana
drachmam u-
nam.

de Terrâ Sigillatâ,
drachmas duas.

Lapidis Hæmatitæ præparati,
Pilorum leporis ustorum, ana
scrupulos duos.

Sacchari albissimi, libram unam.
Succi Portulacæ, libras duas.

Omnibus minutissimè tritis fiat ar-
tis lege cum succo Portulacæ
Looch.

○ LOOCH DE PULMONE
VULPIS.

R. Pulmonis Vulpis siccata & præ-
parati,
Seminis anisi,

fœniculi,

Capillorum Veneris,

Succi Glycyrrhizæ depurati, ana
unciam unam.

Cum Sacchari albissimi aquâ Vero-
nicæ soluti & clarificati, librâ
unâ semis.

Reliqua subtilissimè trita miscean-
tur ac probè pistillo subigantur, ut
fiat ex arte Looch.

○ LOOCH SANUM ET EX-
PERTUM.

R. Seminis Anisi,
Fœniculi,
Cinnamomi,
D d Cala-

LO.

Calaminthæ,
Hyssopi,
Radicum Iridis Florentinæ, ana
unciam semis.
Capillorum Veneris, manipu-
lum unum.

Omnia probè comminuta in Aquæ
fontanæ quantum sufficit maceren-
tur horas viginti quatuor, tum di-
stillando aquæ spirituosa avocetur
libra una, atque illâ è contusis

Amygdalarum dulcium recens
decorticarum, drachmis tri-
bus.

Pineolarum decorticatarum
drachmis quinque.

Fiat emulsio, quâ solvantur
Sacchari albi, libræ duæ.

Quibus addantur pulveris subtilis-
simi.

Amyli,
Glycyrrhicæ,
Gummi Arabici,
Tragacanthi, ana dra-
chmæ tres.

Radicum Iridis Florentinæ, dra-
chmæ duæ.

Ac omnia probè misceantur pro
Looch.

○ LOOCH DE SCILLA.

R. Succi Scillæ depurati, libram u-
nam.

Mellis despumati, libram unam
semis.

Misce fiat coquendo, ut artis est,
Looch.

○ LOOCH DE TUSSILAGINE.

R. Radicum Tussilaginis ad molli-
tiem coctarum, conquaaffata-
rum & per setaceum trans-
adactarum,

MA.

Mellis despumati, ana libras
duas.

Coquantur ad justam Looch con-
sistentiam.

○ MAGISTERIUM CORALLI-
ORUM.

R. Coralliorum utrorumlibet quantum pla-
ceret, in pulverem crassum redactis, affuso
acerò destillato acrisiat in calore solutio-
cum amplius non ebullierit, affusum a-
cerum deple ac aliud affunde, rursusque,
cum ebullitio cessaverit, effunde, idque
iteratà toties affusione & effusione, quo-
ties menstruum affusum ebullire adhuc
& solvere percepere, continua, donec
tota penè illorum substantiâ sit soluta.
Solutioni per bibulam colatae, oleum
Tartari per deliquium parati instilla, ac
præcipitabitur pulvis speciosus albus, qui
aquâ simplici aut pluvia destillata probè
eluat ac postea siccatur.

Eadem ratione vulgo parari solent &
reliqua Magisteria sic dicta

Lapidis percarum,
Margaritarum,
Matris perlarum,
Oculorum Cancri.

*Nota; Sed frustra sunt & fuerunt batte-
nus, qui methodo predictâ menstruo acido
solvendi ac contrario præcipitandi, Ma-
gisteria sibi vera & in medicinâ utilia
promittunt, nil enim præter calcem par-
ticulis salium solventium ac præcipitan-
tium per actionem & rectionem planè
inversis, ac destructis ac intimè & quam
arctissimè sibi invicem unitis, nullâ fe-
rè vel artis vel nature ope rursus supe-
rabilem & separabilem, inutilem pror-
sus, mortuam ac omni dote, quâ integra
corum corpora satis præstantia alias &
pretiosa ab Autbore Nature ter Glorio-
so donata fuerant, spoliatam lucrantur,
crudis ipsis viliorem ac ad Medicandum
planè ineptam, imò nocuam magis, quam
proficiam. Satiùs esset illa planè ex
officiniis eliminare, id quod in nostro fa-
ctum fuisset catalogo, nisi vulgi & non-
nullorum etiam Medicorum, aliquam in
hoc*

MA.

bec rerum depravatarum catbarmata
spem adbuc collocantium erronee p̄-
sumptioni aliquid fuisse concedendum.
Interea non sine ratione nullitatis stig-
mate in signum superfluitatis & repro-
bationis ea in margine catalogi notavi-
mus. Aut eorum loco coagula solutio-
num saliformia sola exhalatione dissolu-
zione & coagulatione iteratā paranda,
ut mox in Magisterio Cornu Cervi doce-
bitur, quodvis penē liquore solubilia sub-
stituere potius censuimus.

○ MAGISTERIUM CORNU
CERVI.

R. Rasuræ apicum Cornu Cervi, ju-
sto tempore collectorum, li-
bram semis.

Irroratæ spiritu nitri assundatur aceti vini
destillati quantum sufficit, post digestio-
nem aliquot dierum solutio per emporetic-
am trajecta, instillatæ Spiritus Vitrioli aut
sulphuris, quod melius quidam censuit, re-
ctificati sufficienti quantitate præcipitetur,
in pulverem albicantem crebris cum Aquâ
pluvia, aut communi saltim, solutionibus
edulcorandum, coagulandum & exsiccandum.

Eadem methodo etiam parantur

○ MAGISTERIUM CRANII
HUMANI.○ MAGISTERIUM UNGULÆ
ALCIS.

Nota; Supervacaneam cum Zwelffero &
banc precipitationem & subsequentem
ablutionem judicamus, sola liquoris su-
perflui exhalatio à solutis corporibus, a-
ciditate absorptâ, in salinam eas natu-
ram combinat, solutioni simplici depu-
randam, ac, si vis, Spiritu Vini aut a-
lio ardenti aliquantis per circulandam,
& evocato rursus spiritu in usum medi-
cum non absque effectu Salis forte

Coralliorum,

Cranii humani,

Ungula alcis,

aut Magisterii solubilis nomine vocan-
dam; Quod & ipsum in precedentibus
Coralliorum, lapidum percarum, Mar-

MA.

garitarum, Matris perlarum, Oculorum
Cancri, quocunque tandem menstruo, si-
de aceto destillato, sive spiritu nitri, Vi-
trioli philosophico, Viridis eris per se
aut ad normam à Zwelffero suppedita-
tam parato, reliquis palmam præripien-
te, factis solutionibus obtinet, que me-
ritò superioribus magisteriorum prepa-
rationibus præferri ac substitui debe-
rent.

○ MAGISTERIUM CRY-
STALLORUM.

Crystalli bis terve ignitæ & in aquâ com-
muni extinctæ, ut pulverisari queant, in
pulverem subtilem comminuantur, qui
Nitri duplo calcinatus, edulcoratus & sic-
catus, solvitur in aceto radicato aut par-
te saltim aliquotâ spiritus salis impræ-
gnato. Solutio per empoteticam filtra-
ta aut Spiritu Vitrioli rectificato præcipi-
tatur, edulcoratur & siccatur, Et habe-
bis pro Magisterio vulgo sic dicto, cal-
cem ejus, ut in præcedentibus monitum,
exiguæ imò penè nullius virtutis. Aut
avocato tandem menstruo residuum a-
quâ destillatæ solutum, filtratum, rursus
que liquore evaporato ad cuticulam,
crystallatum, aut saltem siccatum & lu-
craberis, coagulum saliforme, quod lo-
co Magisterii usibus suis majori efficaciâ
accommodare ac uti dictum Magisteri-
um solubile nominare poteris. Eadem
ratio reliquorum lapidum pretiosorum
in magisteria reducendorum, Granati,
Hyacynthi, Saphiri, Smaragdi, Judaici,
idemque de illis judicium.

His enīa præparationibus, defectu ge-
nerofiorum Menstruorum & præcipue
Universalis seu Alkahest, contenti in his
laboribus simus oportet.

MAGISTERIUM GUMMI
BENZOES.

R. Gummi benzoës in pulverem te-
nuissimum triti, quantum vis.

Solve Spiritu Vini rectificatisimo in phi-
olâ optimè clausâ calore leni digerendo,
uti in Tincturâ parandâ infra monebitur.
Essentia Extractæ Aquæ Rosarum destilla-
ta

MA.

tae fragrantissimæ, quantum sufficit affunde & laetescet liquor, ac in fundum, ubi quietit, præcipitabitur Magisterium gratissimi odoris & haud ingrati laporis, loco florum, ob Empyreuma ingratorum, usurpandum.

MAGISTERIUM JALAPPÆ.

Vide Resinam Jalappæ.

o MAGISTERIUM JOVIS.

R. Cinerem stanni Angli aut alterius purissimi Saturno non adulterati, calcinatione uti supra indigitatum igne aperto paratum & subtilissimè tritum, solve acetato destillato acri aut radicato, similive menstruo ac per bibulam cola. Colatum aut ad cuticulam exhala & in loco frigido Crystallos salinas collige, aut ad siccitatem exhalatum in magma salinum coge, quod aquâ destillata rursus solve, filtra & in salem aut saliformem massam denuò coagula. Aut denique more communi & saepius descripto in Magisterium inutile spiritu Vitrioli rectificato præcipita ablue & edulcora.

o MAGISTERIUM LAPIDIS
JUDAICI.

Parandi modus, cum reliquorum lapidum, quem supra in Magisterio Crystallorum vide, coincidit, idemque de illo judicium sit.

MAGISTERIUM LAPIDIS
LAZULI.

Magisterium è Lapide Lazuli quidam si bi pollicentur calcinando illum cum sulphure, ac vel acetato destillato vel spiritu salis communi extrahendo aut solvendo, ac demum oleo Tartari per deliquium præcipitando; Sed præterquam quod calcinatio illa cum sulphure virtutem nativam nimis alienet, solutio vitrioli naturam ipsi induit, & præcipitatio omnino destruit, vix ergo hâc ratione magisterium obtinebunt salutare. Melius agunt, qui Hoffmanno docente in clave Pharmaceutica p. 101. è pulvere ejus subtilissimè trito, aut si mavis Magisterio ejusdem Zwelfferiano in appendice Animadversionum p. 51. spiritu vini Hispanico subtilissimo floribus salis Armonia- ci, in destillatione spiritus ascendentibus,

MA.

per digestionum justâ dosi maritato, Tincturam extrahunt; coelestis coloris, illamque affuso spiritu vitrioli donec ebullitio cesset, ac viridescat liquor confusus, leni calore exhalando in magma reducunt, ceræ instar in calore fluens, ac frigore instar butyri aut olei anisi recens destillati spissescens, & vel hoc magmate liquabili, vel tincturâ saltem extractâ loco Magisterii in gravissimis affectibus Cephalicis utuntur. Alias Magisterii nomine communiter in Pharmacopoliis pulvis ipsius lapidis subtilissimè præparati, id est, triti aut in politioris apparatus officinis Zwelfferianum Magisterium, seu dictum sic, vulgo & Pictoribus quoque, Ultramarinum venit

o MAGISTERIUM LAPIDIS
PERCARUM.

Confuse supra Magisterium Coralliorum & Cornu Cervi.

MAGISTERIUM MARGARI-
TARUM ORIENTALIUM.

Ibidem modum reperies cum Epicrisi.

Sic &

o MAGISTERIUM MATRIS
PERLARUM &o MAGISTERIUM OCULO-
RUM CANCRI.

Parandi, cum dexterori præparatione & administratione.

o MAGISTERIUM SATURNI.

R. Sacchari Saturni Crystallini, quantum vis,

Solve in Aquâ rosarum, rursusque coagula in magma album pulverisandum pro Magisterio suis usibus apto. Aut instillando guttatum celeri lapsu spiritum Vitrioli rectificatum donec colorem lacteum acquirat saturatum, tumique filtrando & exsiccando habebis pro Magisterio calcem ad medicandum ineptam, quam, si inutilem ultrius sumtuum & laborum facere jacturam velis aquis cordialibus toties quoties volueris lotam, sicca & serva.

MA-

BORUSSO-BRANDENBURGICUM.

109

MA.

MAGNES ARSENICALIS.
℞. Arsenici Crystallini,
Antimonii crudi,
Sulphuris flavi, ana uncias duas.

Fiat omnium pulvis subtilis, quem in vitro arenæ impone ac igne successivè moderato tam diu detine, à fumo exhalante sollicitè tibi cavendo, donec omne deliquescat, quod stilo ferreo mundo immisso explorare, poteis ac deprehendes, ubi Terebinthinæ instar stilo materia liquefacta adhæserit, tum refrigerescat, vitrum, quo fracto materiam lapidis instar induratam fusci coloris exime ac subtiliter tritam serva.

○ MAGNESIA ALBA.

Panacea solutiva nonnullis dicta, sed liberali nimis elogio, residuum est à Crystallicatione & coagulatione Nitri Coctoribus ejusdem lixivium, coagulum ulterius respuens, continuata coctura & evaporatione in pulverem candescentem satiscens.

○ MARS SULPHURATUS.

℞. Limaturæ Martis, sulphuris subtilissimè triti, ana quantum vis.

Misce & in patinâ terreâ plani fundi subposito igne prunarum sufficienti, continuè spatulâ agitando, calcina, donec sulphur omne deflagraverit, postea subtilissimè tritum serva.

Nota: Cum Croco Martis aperitivo ferè, sulphuris solum ad preparationem ad bibiti proportionem se excepteris, convenit.

○ MASSA PRO FORNACE COMMUNIS.

℞. Corticum Thymiamatis,
Gummi Benzoës,
Storacis Calamitæ,
Olibani, ana unciam unam.
Ladani, uncias quatuor.
Ligni Aloës,
Rhodii,
Masticæ, ana unciam semis.
Florum Lavendulæ, drachmas duas.

MA.

Sacchari albi, unciam unam.
Storacis liquidæ,
Ceræ novæ,
Terebinthinæ claræ, ana uncias duas.

Gummi Tragacanthi in f. qu.
Aquæ rosarum fragrantissimæ solutæ, unciam unam aut quantum sufficit.

Misce fiat lege artis Massa & inde bacilli pro lubitu.

○ MASSA PRO FORNACE OPTIMA.

℞. Asæ dulcis, uncias quatuor.

Gummi Ladani,
Storacis Calamitæ, ana unciam unam.
Sacchari albissimi, unciam semis.
Ambræ gryseæ spiritu rosarum distemperatae,

Moschi Alexandrini optimi, ana scrupulum semis.

Zibethi, grana sex.
Liquid Ambræ,
Olei ligni Rhodii, ana drachmam semis.
Caryophyllorum stillatitii, scrupulum unum.
Lavendulæ, scrupulum semis.

Balsami Indici, quantum sufficit.
Misce, fiat lege artis Massa, super tabulâ æneâ tepidâ pauxillo olei nucis Moschatæ oblita in tenues formanda cylindros.

○ MATERIA PERLATA.

Hæc varia est, pro diversitate lixivij Antimonialis, è quo ope acetii destillati precipitata, utpote, Antimoii diaphoretici, Cerussæ Antimonii, Antihectici, Specifici Stomachici Poterii & à pluribus aliis lixivij Antimonialis, valorem, virtutem & aestima-

ME.

stimationem à subiectis, è quorum lixivo præcipitata, mutuatur.

○ MEL ANACARDIORUM.

R. Anacardia succulenta & incorupta vetustate, trita in sufficienti quantitate aquæ communis macera triduum, tum leni igne coque, donec succo melleo a quam imprægnârint, quam per chartam colla & ad melluginem inspissa.

MEL ANTHOSATUM.

R. Florum Rorismarini recentium conquassatorum, manipulos tres.

Affunde Mellis rosati, libras duas, digere horis viginti quatuor loco calido, tandem expressa per linteum trajice & calore leni paululum inspissa, usui sepone.

MEL AQVILEGLÆ.

R. Florum Aquilegiæ contusorum, libras duas.

Immerge mellis optimi despumati, libris quatuor.

Coquantur leni igne ad extractionem virtutis, postea colentur per linteum cum expressione aliquali & serventur.

○ MEL AQVILEGLÆ COMPOSITUM.

Minùs propriè hoc quibusdam Unguentum de Aquilegiâ dicitur.

R. Foliorum Aquilegiæ, Salviæ minoris, ana drachmas duas.

Rutæ,

Florum Aquilegiæ, Malvæ arboreæ rubrorum,

Rorismarini,

Aluminis usci,

ME.

Caryophyllorum,

Masticæ,

Nucis moschatæ,

Olibani, ana drachmam unam.

Pulverisata subtilissimè bulliant igne moderato in sufficienti quantitate Mellis Rosati, ad Electuarii mollioris consistentiam.

MEL MERCURIALIS.

E foliis Herbae Mercurialis succum exprime, cujus recipe, libras tres.

Mellis optimi, libras duas.

Coquantur, ut artis est, & despumentur debitè, colentur tandem ac serventur.

MEL ROSATUM.

R. Foliorum recentium Rosarum rubrarum aut in carnatarum, libras sex.

Conquassatis affunde aquæ calidæ libras totidem, stent diem & noctem in maceratione. Colaturæ expressæ adde Mellis optimi & purissimi tantundem, coquantur ex arte ad consistentiam melle paulò liquidorem.

○ MEL ROSATUM SOLUTIVUM.

R. Rosarum Damascenarum, libras sex.

Contusas & conquassatas macera in libris totidem Aquæ ferventissimæ, stent in digestione loco calido horas viginti quatuor, postea cum expressione forti colentur. Colaturæ adde libras tres mellis purissimi & artis lege ad consistentiam mellij debitam reducatur.

○ MEL VIOLATUM.

Eodem, quo Mel Rosatum simplex, modo paratur.

MERCURIUS DULCIS.

R. Mercurii sublimati corrosivi infra docendi ac Mercurii vivi optimè purgati, partes æquales.

In

ME.

In mortario Marmoreo, aut pro quantitatis ratione in vase fictili valido, plani fundi & satis capaci pistillo ligneo sollicitè terendo miscentur, donec Mercurii vivi nil usquam appareat, tum è cucurbitâ vitreâ infernè probè loricata, uti artis est, igne convenienti, aut aperto aut arenae in cupellâ ferreâ, sublima, fæces in fundo restantes, ut & materiam nigrificantem, in collo altius sublimatam, vitrum annulo ferreo cautè frangendo, aufer. Mercurium sic sublimatum denuò, additâ & exactè, uti prius, mixta Mercurii crudi diligenter purgati medicate, si vis, aut per se quoque sublima, sublimatumq; sequestratis sequestrandis, pro Mercurio sufficienter edulcorato serva: Sæpius enim repetitæ sublimationes ejus vires non augent, sed minuunt.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS.

R. Mercurii optimè purgati, quantum placet, solve Aquâ forti communi, solutum aquâ salsa, sale abunde imprægnatâ, præcipita, ac aquâ simplici (si vis calidâ, pro parandâ D. Mayerne Mannâ Mercurii) sæpiissimè affusâ à sale libera & edulcorata, tum super chartâ bibulâ, Cretæ superimpositâ in trochiscos efforma, quos optimè siccatis in vitro sollicitè tecto serva.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER.

R. Mercurii vivi debitè purgati, quantum lubet, affunde quantum solvendo par est, Aquæ fortis acerrimæ è Nitri & Vitrioli ad ruborem calcinati, ana partibus duabus, & una parte Aluminis rupei destillatae (si communem præcipitatum rubrum desideras, fin corallatum nobiliorem ac tutiorem, loco Aquæ illius fortis spiritum Nitri solius optimè rectificatum accipe) & solve. A soluto è retorta in balneo siccо, igne gradatim aucto, tandemque vehementissimo, omnem aquam fortem aut spiritum avoca, refrigeratae, ac è retorta exempta & tritæ materiæ, recentem aquam fortem aut spiritum nitri affunde, & rursus evoca, idque tertia vice repete, tandem ignem augendo, ut retorta omnis candeat. Tum cessa, pulve-

ME.

rem rubicundum, fracta retorta exime ac pro præcipitato rubro eleganti, aut coral-lato (sed spiritu vini aliquoties prius edulcorando) serva.

MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

R. Mercurii crudi optimè Sale & aceto aut etiam vini spiritu loti & purgati, Vitrioli ad rubedinem calcinati, salis decrepitati ana quantum cupis. Misce omnia exactè in vase ad id apto fictili, capaci ac plani fundi, identidem pauxillum acetum sale imprægnati (à purgatione Mercurii restantis & per chartam emporeticam trajecti) inspergendo, id quod mixturam, alias tædiosam, valde promovet; postmodum è cucurbita terrea loricata aper-to igne aut vitrea infernè probè lutata plani fundi, ex arena cupellæ ferreæ im-missa, igne cautè & gradatim administra-to sublima; Imposito initio alembico rostrato cum recipiente exiguo negle-ctim applicato, liquorem acetosum pri-mò extillantem excipe, & irrorandæ posthac massæ sublimandæ magis, quam acetum prædictum sale prægnans idoneum, serva. Cum nihil hujus amphi-sius exhalat (id quod cultri politi laminâ, orificio cucurbitæ identidem admorâ, explorare poteris) orificium cucurbitæ quoquaque modo obtura, auge tum ignem gradatim ad ignitionem usque fundi cucurbitæ remissiorem seu obscure rubentem, siveque aliquot horas continua, donec omnis Mercurius salium spiritibus subtilissimis imprægnatus ascenderit, ac lateribus cucurbitæ paulò supra mas-sam sublimandam adhaeret. Hunc à remanentibus in fundo fæcibus, atque altius evectis quasi fuliginibus cautè se-questratum, si vis, majoris püritatis ergo, absque ulteriori additamento salium, sic satis jam saturatum, denuò per se subli-mare poteris.

○ MERCURIUS VITÆ.

R. Butyrum Antimonii supra edictum, re-ctificatum guttatum in vase ampio vitro instilla in Aquam pluviam limpidissimam ac ad fundum Mercurius Vitæ secedet, pulveris candidissimi formâ, quem affusa

MI.

sæpius aquâ pluviâ recenti, donec omni
acrimoniâ liberatus fuerit, sollicitè edul-
cora.

Nota; Si vim ejus emeticam aliás satis violen-
tam, ob quam, propter abusum incantorum
& agyptarum, male quibusdam, & mortis Mer-
curius audit, reprimere volueris, nitro puris-
simò in crucibulo capaci aquæ instar fluenti
paululum immerge, ac commisce, moxque rur-
sus effunde in aquam limpidam, cautè tamen
& paulatim, ne nitro tumultuante periculum
subeas, ac elatâ sic rursus nitri sal sedine &
edulcorato pulvere, ac siccato pro emetico satis
blando, si dosi non excesseris, ac tuto utere.
Quod si dintins bacillo ligneo, probè prius Ni-
tro liquato commixtum, in fluore aquæ instar
liquido servaveris, posteaque ritè edulcorave-
ru, & siccaveris, emeticam vim omnem exxit,
& in Mercurium vita correctum evadit, insi-
gne diaphoreticum, bezoardici mineralis no-
mine huud indignum, in concisa admodum
dosi virtutes injignes exserens.

MITHRIDATIUM DAMO- CRATIS.

R. Myrrhæ, drachmas undecim.
Cinnamomi acuti,
Spicæ Nardi, ana drachmas de-
cem cum semisse.
Croci optimi,
Agarici melioris notæ,
Zinziberis,
Olibani,
Thlaspios,
Terebinthinæ, ana drachmas
decem.
Schœnanthi, drachmas novem.
Seseleos,
Olei nucis moschatæ expressi,
loco Opopalsami,
Stœchados Arabicæ,
Zedoariae,
Galbani,
Piperis longi,
Castorii,
Opopanacis,
Folii,
Styracis Calamitæ,

MI.

Succi Hypocystidis, ana unciam
unam.

Cassiæ ligneæ,
Bdellii, ana drachmas septem
cum semisse.

Cubebarum, loco Carpo balsami,
Piperis albi,
Polii,

Seminis Dauci Cretici,
Scordii, ana drachmas septem.

Gummi Arabici,
Calami Aromatici,
Cardamomi,

Gentianæ,
Foliorum Rosarum rubrarum,
Dictamni Cretici,
Nardi Celticæ,
Seminis Petroselini,
Opii Thebaici optimi, ana dra-
chmas quinque.

Anisi,
Aristolochiæ rotundæ,

Angelicæ,
Meu utriusque,
Olsnichii,
Valerianæ,
Succi Acaciae,
Gummi sagapeni,
Summitatum Hyperici,
Scinci Marini, ana drachmas du-
as semis.

Baccarum Juniperi,
Cibebarum, ana drachmas duas.

Cyperi,
Aspalathi, ana drachmam semis.

Mellis triplum, seu libras circiter
decem.

Vini albi generosi, quantum suffi-
cit.

Singula justâ methodo & ordine
dispensando, triturando & miscen-
do,

MI.

do, fiat secundum artem Electuarium justæ consistentiæ.

Nota. 1. Cum trochisci Cybeos inter obsoleta nunc numerentur, & in officinis raro prestant, ingredientia iorum speciebus his pro Mithridatio singulis, ubi occurrunt connumeravimus; non equidem superstitione exquisito, & omnibus numeris absolute calculo. Neque enim horum unius alteriusve additamentum aut decrementum in prolixa ejusmodi compositione medicamento toti aliquod inferre posse vel virtutis detrimentum, vel qualitatum incrementum aut excessum quacunque tandem ratione nocuum, credimus; Hinc aliquâ hâc in parte dispensandi libertate, quam & alios sibi vendicasse deprehendimus, nec invidemus, & nos usos suis, non diffitemur.
2. Species in classes certas dispescendi, ut & computum in duplâ, quadruplicâ aut ulteriori proportione inveniendi, dum quisque peritus Pharmacopœus, quorum solum est, medicamenta eiusmodi majoris momenti dispensare & adorare, ex arte, quid officij sui hâc in parte sit, & quid cuique conveniat, nosse debeat, labore merito supersedemus. Præsertim cum & Domini Augustani, quorum hâc in re studium & ònq[ue]l[ibet]ay suo merito laudamus & amplectimur, à longo jam tempore glaciem banc fregerint ac labore nos illo solicita suâ & accurata operâ tâm in classes dispensando, quâm ad exactum calculum exigendo, ut in Theriacâ Andromachi, sic in Mithridatii præscriptione commode sublevârint.

○ MIVA CYDONIORUM
CuM SPECIEBUS SEU AROMATICA.

℞. Cardamomi decorticati, ana drachmas tres.

Cinnamomi eleñti,

Caryophyllorum, drachmas duas.

Macis,

Masticæ,

Zinziberis, ana drachmam unam semis.

Ligni Aloës, drachmas duas semis.

Croci, drachmas duas.

Ambræ,

MI.

Moschi, ana scrupulum unum. Contusis affunde Vini albi generosi, libram unam.

Stent in maceratione horas viginti quatuor, postea cum aliquali expressione per chartam emporeticam colentur.

Interea ℥. Succi Cydoniorum benè maturorum recens expressi & depurati, libras viginti. Sacchari albissimi, libras tres.

Coquantur ad consistentiam ferre tabulati, quibus tum infusionem supradictam affunde & resolvendo faccharum, justæ consistentiæ fac Mivam.

MIVA CYDONIORUM SINE SPECIEBUS SEU SIMPLEX.

℞. Succi Cydoniorum per residuum depurati, libras decem. Sacchari, libras tres.

Coque ad consistentiam Mivæ debitam.

MIXTURA SIMPLEX.

℞. Spiritus Theriacalis Camphorati, uncias quinque.

Spiritus Tartari rectificati, uncias duas.

Spiritus Vitrioli rectificati, unciam unam.

Digerantur triduum in phiolâ optimè clausâ. Aliis spiritus de tribus dicta.

○ MORSULI ANALEPTICI.

℞. Amygdalarum dulcium, recens decorticatarum, Pistaciorum recentium decorticatorum, ana drachmas sex.

F f

Pinea-

MO.

Pinearum recentium, non rancidaram, unciam semis.

Infundere in aquâ rosarum fervidâ per horam, postea siccatis & minutissimè incisis adde

Radicum Cichorii conditarum, drachmas tres.

Corticum citri conditorum, aurantiorum conditorum,

Nucis Indicæ conditæ, ana drachmas duas.

Florum aurantiorum conditorum, drachmam unam semis,

Conservæ rosarum, uncia semis. florum Tunicae, drachmas duas.

Sacchari canariensis albi in aquâ rosarum fragrantium & cinnamomi, ana quantum sufficit, dissoluti, uncias octo.

Olei stillatitii macis, guttas sex & pro illis, qui ferre possunt,

Moschi & Ambræ, grana duo.

Misce fiant lege artis Morsuli.

○ **MORSULI DE CITRO PRÆSERVATIVI.**

R. Condituræ pulpæ Citri, Corticum Citri, Flavedinis Citri, ana unciam unam semis.

Flavedinis citri recentis minutissimè concisæ, drachmas septem.

Olei citri destillati, guttas sex.

Succi citri purissimi, quantum libuerit & suffecerit.

MO.

Sacchari Canariensis in Aquâ Citri & Rosarum, ana quantum sufficit dissoluti, libram unam.

Misce fiant secundum artem Morsuli.

MORSULI CONTRA ARDOREM STOMACHI.

R. Boli Armenæ præparatæ, drachmam unam.

Coralliorum rubrorum præparatorum, drachmam semis.

Cretæ, cum aquâ rosarum præparatæ, unciam semis.

Cinnamomi,

Cornu Cervi præparati,

Lapidis percarum præparati, Oculorum Cancri præparatorum,

Matris perlarum præparatæ, ana drachmam semis.

Macis,

Masticæ eleæ,

Nucis Moschatæ, ana scrupulum unum.

Pulveris Seminis Cydoniorum, drachmam unam.

Sacchari in quantitate sufficiente Aquæ Rosarum dissoluti, uncias octo,

Misce fiant artis lege Morsuli.

MORSULI CONTRA PESTEM.

R. Radicum Angelicæ, Dictamni albi, Ostrutii, Pimpinellæ, Valerianæ, Zedoariæ, ana unciam semis.

Myrrhæ rubeæ, drachmas sex.

Boli

BORUSSO-BRANDENBURGICUM. 115

MO.

- Boli Armenæ,
Terræ sigillatæ, ana unciam unam.
Camphoræ, drachmas duas.
Nucis Vomicæ decorticatæ, drachmam unam.
Theriacæ Andromachi, unciam semis.
Sacchari albi in Aquâ scordii & rosarum, ana quantum sufficit dissoluti, libras duas.
Fiant, ut artis est, Morsuli.
MORSULI CONTRA VERMES.
℞. Pulveris infra docendi contra vermes, unciam unam.
Sacchari, in quantitate sufficien-
ti Aquæ Rosarum soluti & cla-
rificati, uncias quatuor.
Misce fiant secundum artem Mor-
suli.
○ **MORSULI CORDIALES.**
℞. Sacchari Canariensis albissimi un-
cias sedecim.
Confectionis Alkermes comple-
tæ, unciam semis.
Flavedinis corticis Citri recentis
dimidii exterioris, minutis-
simè concisæ,
Olei Cinnamomi, guttas sex.
Fiant cum Aquâ Rosarum &
succo Citri recenter expressi, Mor-
suli.
○ **MORSULI DE JALAPPA.**
℞. Mannæ Calabrinæ, quam fieri
potest recentis, uncias duas.
dissolve in Aquæ Cinnamomi
quantum sufficit.
Pulveris radicis jalappæ optimæ
notæ, drachmas quinque.

MO.

- Rhabarbari electi, dra-
chmas tres.
Extracti Rhabarbari,
Acidi Tartari, ana drachmam
unam.
Sacchari albi, uncias sex.
Misce fiant lege artis Morsuli.
**MORSULI IMPERATORIS
CUM FRUCTIBUS.**
℞. Conservæ Rosarum Damascena-
rum, unciam semis.
Specierum pro morsulis Imper-
atoris, infra reperi-
undarum, drachmas
tres.
Aromaticarum rosa-
tarum, inter species
præscriptarum.
Cinnamomi acuti, ana dra-
chmam unam.
Amygdalarum dulcium, recens
decorticatarum.
Pinearum enucleatarum,
Pistaciorum mundatorum, ana
unciam semis.
Sacchari albissimi, in aquæ Ro-
sarum, quantum sufficit, soluti,
uncias octo.
Fiant secundum artem Morsuli.
○ **MORSULI PURGANTES.**
℞. Crystallorum Tartari, unciam
unam semis.
Scammonii optimè præparati,
drachmas tres.
Olei Cinnamomi, guttas qua-
tuor.
Sacchari albissimi, in aquâ Rosa-
rum soluti, uncias octo.
Misce fiant lege artis tabulæ, dra-
chmam unam circiter ponderantes.

MO.

MORSULI RESTAURANTES KUNCKELII.

℞. Amygdalarum dulcium decorticatarum,

Pinearum recentium non rancidaram, ana unciam semis.

Cinnamomi acuti, drachmam unam.

Cardamomi minoris decorticati drachmam semis,

Antimonii Hungarici crudi optimae notae in pulverem subtilissimum triti, drachmas tres cum semisse.

Sacchari candidissimi Canariensis aquâ Rosarum & Cinnamomi ana soluti, uncias quatuor.

Fiant lege artis morsuli drachmam unam ponderantes.

MORSULI DE RHABARBARO.

℞. Cremoris Tartari,
Pulveris Rhabarbari optimi, ana drachmas duas.

Flavedinis corticum citri, recenter ē duobus aut tribus citri pomis deraſæ, drachmam semis.

Sacchari albi, in aquâ rosarum soluti uncias quatuor.

Misce & fiant, ut artis est, Morsuli.

○ MORSULI ē SUCCO ROSARUM.

℞. Succi rosarum Damascenarum, per infusionem & extractiōnem sufficientem, cum aquâ fervidâ, ut artis est, parati, uncias quatuor.

Diagrydii, drachmas duas.

NI.

Sacchari albissimi in aquâ Rosarum soluti & debitè clarificati, uncias octo.

Misce, & ad consistentiam justam coēta, in tabulas drachmam unam ponderantes, juxta artis normam, redige.

NITRUM ALKALISATUM.

℞. Nitrum optimè depuratum, liqua in crucibulo aperto donec aquæ instar fluat, cui pulvrem carbonum successivè insperge, donec non amplius deflagrent, adeoque nitrum pulvere carbonum satis sit saturatum, tum solve aquâ simplici parciūs affusa in lixivium saturatum, quod per bibulam colatum in formâ liquidâ serva, faciliūs sic dispensandum, aut si mavis coagula, sed solicitè in vase optimè clauso ab aere, ne rursus satiscat, custodito.

NITRUM ANTIMONIATUM.

Nitrum est à detonatione Antimonii per edulcorationem recuperatum & post colaturam per chartam emporeticam duplē exactam, exhalando coagulatum. Parandi modum supra vide sub titulo Antimonii diaphoretici & Croci Metallorum. Vocatur alias communiter *Anodinum Minigrale*. Vide supra hunc Titulum.

○ NITRUM CORALLIATUM.

Eodem, quo perlatum, modo, cum Magisterio Coralliorum solubili, fit, quem infra vide.

NITRUM DEPURATUM.

Fit Nitrum commune, solvendo saepius, filtrando & evaporando ad cuticulam, donec in loco frigido in cystallos satis puras & nitidas concrefcat.

○ NITRUM PERLATUM.

℞. Nitri optimè depurati, partes duas.

Magisterii Margaritarū solubilis, aut Matris perlarum saltem, supra educti, partem unā. Solve

BORUSSO-BRANDENBURGICUM.

117

NI. OL.

Solve utrumque in quantitate suffiente Aquæ Rosarum fragrantis aut Rubi Idaei vel commni tantum, soluta misce. Mixta exhalando ad cuticulam, loco quieto in crystallos coagula.

○ NITRUM ROSATUM.

R. Rosarum ruberrimarum quanto opus, Extrahe tincturam cum sufficienti quantitate aquæ Rosarum fragrantis spiritu Nitri sufficienter acidulatae, hâc tincturâ solve Crystallos nitri purissimas, ac aquâ rursus ad cuticulam evaporatâ denuò crystallisa.

○ NITRUM SATURNINUM.

R. Nitri depurati, unciam unam semis.

Sacchari Saturni crystallini, unciam unam.

Solve Aquâ rosarum & violarum, ana quantum sufficit, solutionem filtra, tum rursus evapora ad cuticulam, & ut artis est, crystallisa.

NITRUM SULPHURATUM.

Vide supra, Lapis Prunellæ.

OLEUM ABSINTHII.

R. Summitatum Absinthii recentis conquassatarum, libram unam.

Foliorum Rosarum rubrarum, unciam semis.

Olei olivarum clari, libras tres.

Macerentur in sole aut loco aliquo calido triduum, deinde coquantur, donec prunis inspersum oleum non amplius strident, tunc coletur & servetur.

OLEUM AMYGDALARUM AMARARUM.

R. Amygdalarum amararum, non rancidarum, decorticatarum rursusque sine igne siccatarum, quantum placet,

Minutissimè contusas ac cilicio inclusas, prælo exprime, idque suc-

OL.

cessivè, donec omne oleum fuerit expressum.

Eodem modo fit &

OLEUM AMYGDALARUM DULCIUM.

OLEUM ANETHI.

Eodem quo oleum Absinthii modo fit, è foliis & floribus anethi, ac oleo olivarum defacato.

○ OLEUM BUFONUM.

R. Bufonum numero tres vel pro magnitudine quatuor, justo tempore captorum.

Coque in olei olivarum libris duabus per bihorium, postea refri geratum cola & serva.

Nota ; Quidam oleo olivarum amygdalarum dulcium substituunt & per horam tantum coquunt, res tamen eodem recidit.

○ OLEUM CAMPHORÆ.

R. Albuminum ovorum instar aquæ conquaßatorum numero duodecim.

Affunde spiritus Vini optimi, libras tres.

Destilla inde spiritûs libram unam semis.

Cui adde Camphoræ libram unam.

Ac denuò destilla, sic unientur sub Olei specie, ægris qui interna medicamenta abhorrent, inungendo regionem cordis, epatis, spinam dorsi & pullus in febribus aliisque morbis opem aliquam ferentis.

OLEUM CAPPARUM.

R. Corticum radicum Capparum, unciam unam.

Tamarisci,

Radicum Cyperi,
Herbæ Ceterach,

G g

Semi-

118 DISPENSAT. REG. ET ELECTOR.

OL.

Seminis Agni Casti,
Florum Tamarisci, ana dra-
chmas duas.

Foliorum Rutæ, drachmam
unam.

In pulverem comminuta & ace-
to irrorata olei olivarum purissimi
libræ uni incoquantur, donec o-
mnis humiditas absumta, tunc co-
latum & expressum servetur.

OLEUM CASTORII.

R. Castorii,
Cassiae ligneæ veræ,
Costi,
Croci,
Cubebarum,
Euphorbii,
Spicæ Nardi Indicæ,
Galbani,
Opopanacis,
Styracis Calamitæ, ana dra-
chmas duas.

Cyperi,
Piperis longi,
nigri,

Pyrethri,

Sabinæ,

Schœnanthi, ana drachmas duas
semis.

Vini albi generosi, libras duas.

Olei Olivarum purissimi, libras
tres.

Galbanum & Opopanacem in vino se-
sim distemperatum & solutum per linteum
exprime, reliqua in pulverem tenuissimum
redacta cum oleo & vino coque ad vini
plenam consumtionem, additis gummi se-
sim solutis & expressis, diligenter ac sæ-
pius miscendo, ne ab oleo Gummi illa rur-
sus secedant.

OLEUM CHAMOMELINUM.

Ex floribus Chamomillæ recen-

OL.

tibus & oleo communis puro fit, ad
instar olei absinthii.

OLEUM CHEIRI.

Eodem quo præcedens modo è
floribus Leucoji flavis paratur.

OLEUM COSTINUM.

R. Costi amari, uncias duas.
Cassiae ligneæ genuinæ, unciam
unam.

Summitatum Majoranæ recen-
tium, uncias octo.

Subtilissimè trita infundantur &
macerentur triduum in libris tribus
olei sesamini, postea cum expressi-
one aliquali coletur ac Colatura
servetur.

OLEUM CYDONIORUM.

R. Cydoniorum in frusta cortice
detracto concisorum, libras
duas.

Olei Olivarum, libras tres.

Coquantur ad humiditatis usque
consumptionem tum colentur & fer-
ventur.

OLEUM DESTILLATUM
ABSINTHII.

R. Summitatum absinthii cum se-
mine maturitati proximo,
quantum vis.

Conquassatæ macerentur aliquamdiu,
triduum fortè vel quatriiduum in aquæ fon-
tanæ quantitate sufficiente, tum modico sa-
lis addito, destillentur per Vesicam, ut artis
est, & aquæ innatans oleum aut separato-
rio aut gossypio separetur.

EODEM MODO PARAN-
TUR.

Olea sequentia, Anethi,
Cerefolii,
Hyssopi,
Majoranæ,
Melis-

OL.

Melissæ,
Petroselinæ,
Pulegii,
Rorismarini,
Rutæ,
Sabinae,
Salviae,
Saturejæ,
Serpilli,
Tanaceti,
Thymi,

◦ OLEUM DESTILLATUM
ANGELICÆ.

℞ Seminis Angelicæ conquassati libram semis, aut quantum vis.

Infusum aquæ fontanæ ac aliquantis per maceratum, addito salis modico destilletur vesicæ cum refrigeratorio, & oleum, ut moris, ab aquâ separetur.

Quo modo &

OLEUM DESTILLATUM
ANISI,
CARVI,
CORYANDRI,
CUMINI,
FOENICULI,
JUNIPERI ē BAC-
CIS,
NIGELLÆ paratur.◦ OLEUM DESTILLATUM
AQVÆ APOPLECTICÆ.

Oleum hoc Aquæ destillatæ supernatans gossypio colligitur, ac ab Aquâ hac ratione separatum suos in usus asservatur.

Eadem ratione oleum quoque separatur ab

◦ AQVA VITÆ ALBA
PRETIOSA.
CARBUNCULI.
EMBRYONUM.

OL.

◦ EPILEPTICA.
◦ contra VERTIGINEM.
◦ VIRTUTUM.

◦ OLEUM DESTILLATUM
AURANTIORUM CORTICUM.

R. Corticum exteriorum recentium Aurantiorum malorum non putridorum, quantum placet, incisi cum sufficienti Aquâ fontanâ, absque fermentatione ē Vesicâ destillentur, ac oleum, ut in reliquis aquæ innatans, ut artis separetur.

Eadem methodo &

OLEUM CORTICVM CITRI
destillatione paratur.◦ OLEUM DESTILLATUM
BENOINVM.

R. Gummi Benzoës electi, & subtilissimè pulverisati, quantum placet, affunde Aquæ Rosarum fragrantissimæ quantitatem convenientem, & ē retorta Vitrea igne arenæ moderato destilla, tandemque oleum ab aqua separa.

OLEUM DESTILLATUM
BETULINUM.

Italis Balsamum Litvanicum dictum.

Oleum est odoris empyreumatici paulò gravioris, ab Incolis Ducatus Littuanici Clibanorum, ē bracteis ferreis stanno obductis constructorum ope, ē corticibus exterioribus albis, igne suppressionis per descensum extortum. Medicamentum Euporiston simul ac polychrestum, tam internis quam externis usibus aptum.

Venticuli imbecillitati, colicis atque aliis scorbuticis doloribus subveniens, lumbricis, vel umbilico solum illitum, infensum, ad obauditiones, susurros & tinnitus aurium, odontalgiam variosque alias affectus efficax. Vulgo Germanorum ut & Littuanorum Dagt audit.

◦ OLEUM DESTILLATUM
BVXI.

℞ Scobis Buxæ subtilissimæ, quantum vis.

Macera in vase capaci, magnâ cum aquæ quantitate, dies circiter quatuordecim, tum

OL.

igne moderato per vesicam cum refrigeratorio destilletur, & ab aquâ oleum separatur.

Eodem modo paratur quoque

OLEUM DESTILLATUM

- GVAJACINUM.

- HERACLEOTICUM ē
ligno Coryli.

LIGNI RHODII.

SASSAFRAS.

- OLEUM DESTILLATUM
CALAMI AROMATICI.

R. Radicum Calami Aromatici,
quantum vis.

Scissa minutissimè aliquamdiu in suffici-
enti quantitate aquæ macera, tum per Ve-
sicam igne convenienti destilla, & ab aquâ
separatum oleum serva. Aquam interim
rectifica, quæ spirituosâ sui partè sequestra-
tâ, pro Aquâ Calami aromatici servire po-
terit,

Hoc modo & oleum Zedoarie fit

OLEUM DESTILLATUM
CARYOPHYLLORUM.

R. Caryophyllorum aromatico-
rum, quantum placet,

Contusa crassiusculè affusâ aquæ tepidæ
sufficienti quantitate, addito etiam si lubet,
falis pauxillo, stent in digestione dies circi-
ter quinque, postea è vesicâ destilla, & se-
paratum sollicitè oleum serva.

Eadem methodo etiam obtinebis.

OLEUM DESTILLATUM
CARDAMOMI.

- CINNAMOMI.

- CUBEBARUM.

- MACIS.

- NUCIS MOSCHATÆ.
PIPERIS.

OLEUM DESTILLATUM
CERÆ.

R. Ceræ flavæ puræ, libram unam.

OL.

Ossium calcinatorum crassè pul-
verisatorum, aut cinerum sal-
tem cibratorum, libras duas.

Impastando misce & per retor-
tam igne arenæ gradatim modera-
to, destilla & rectifica.

Aut sequenti methodo procede.

R. Ceræ novæ libras duas.

Arenæ puræ cibratæ libras sex.

Misce lege artis & globulos inde forma,
quos Retortæ vitræ immisso in arenam
colloca, igne moderato destilla, stillatum
calci vivæ mistum rectifica, ut artis est & ser-
va in vitro idoneo, si rectè operatus fueris,
uncias viginti rectificati habebis olei.

OLEUM DESTILLATUM
CHAMOMILLÆ ROMANÆ.

R. Florum Chamomillæ Romanæ in umbrâ
siccatorum, quantum placet, conquaſſa-
tos aquâ calidâ paululum macera, tum
per vesicam igne convenienti cum aquâ
oleum distillando elice, ac more solito
separa.

Eadem encheiresi etiam fiunt

OLEUM DESTILLATUM
CHAMOMILLÆ VUL-
GARIS.

- LAVENDULÆ.

- MAJORANÆ.

- ROŠARUM.

SPICÆ.

OLEUM CORNU CERVI
RECTIFICATUM.

R. Cornu Cervi frustulatim concisi,
quantum lubet.

Impone terortæ lutatae, aut cu-
cubitæ ferreæ alembico terreo devitreato
munitæ, ac igne aperto, gradatim ad igni-
tionem usque retortæ aut cucubitæ, admis-
trato, omnes cum phlegmate, sale volatili
ac oleo spiritus evoca, quæ omnia rectifi-
cando cucubitâ vitræ loricata & alembi-
co

OL.

co vitreo accommodo instructâ, juncturis optimè lutatis successivè separa & seorsim serva,

Eodem pacto paratur &

◦ OLEUM DESTILLATUM CRANII HUMANI.

◦ OLEUM DESTILLATUM FULIGINIS.

Cum spiritu simul dum destillatur prodit, debitè finitâ destillatione separandum & rectificandum.

◦ OLEUM DESTILLATUM GALBANI.

℞. Gummi Galbani purissimi & selecti, libram unam.

Silicium calcinatorium aut arenæ saltim optimè lotæ, libram unam semis.

Salis communis decrepitati, libram semis.

Retortæ vitreæ indita ex arenâ igne convenienti moderato destillentur, sic liquor lacteus oleo junctus primò exstillabit, seorsim recipiente mutato, excipiendus, & ex arte separandus, igne tum auctiori rubrum sequitur oleum, separatim rectificandum.

Eādem ratione paratur &

◦ OL. DESTIL. GUMMI AMONIACI.

◦ MASTICHES.

◦ MYRRHÆ.

◦ TACAMAHACÆ.

OLEUM PETRÆ seu PETROLÆUM.

Nativum est, partim ex Indiæ Orientalis provincia Sumatrâ ad nos delatum, partim in Italia è rupibus petrarum scaturiens, & in Siciliâ aquæ innatans, hujus quidem loci non est, nisi rectificatum retortâ Vitreâ, è Cappellâ igne moderato limpidissimum, relictâ

OL.

in fundo retortæ materiâ piceâ Colophoniæ simili, vulneribus solidandis aptâ.

◦ OLEUM DESTILLATUM PHILOSOPHORUM ALBUM.

Laterum frusta mediocria candentia injiciantur oleo olivarum, ut olei quantum possint inbibant, horum quantum vis fac, ac eisdem retortæ terreæ probè loricatae medietate impletâ, igne aperto gradatim adhibito, oleum prius album prolice, mox mutato recipiente, ubi flavescere incipit sequius rubrum seorsim cape ac in cineribus aut arenâ ex arte rectifica.

OLEUM DESTILLATUM SAPONIS VENETI.

℞. Rasuræ Saponis Veneti, libram unam.

Arenæ lotæ & exactè siccatae, libras tres.

Mista per retortam ex arenâ igne convenienti subministrato destilla, ac destillatum cineribus rectifica.

OLEUM DESTILLATUM SUCCINI.

℞. Succini electi crassiusculè contusi, aut fragmentorum potius vulgò venalium, libras duas, vel quantum placet.

Retortæ vitreæ inditum ex arenâ aut balneo fisco igne gradatim, initio moderatè admodum & cautè administrato destilla, ac primò phlegmatis parum seorsim excipe, illo paulatim cessante recipiens muta, & exactè juncturam claudet, ac spiritum subtilem album ac clarum phlegma subsequenter cape, tandem & hoc cessante ac separato, igne auctiori flavum & crassius unâ cum sale volatili vitri lateribus & collo adhaerente, postea separando, cuius modum suo loco repertus, exstillans excipe, super capite mortuo calcinato aut cineribus mundis rectificandum.

OLEUM SUCCINI ALBI.

℞. Succini albi contusi, libram unam.

Arenæ puræ cibratæ, libras quatuor.

OL.

Inde retortæ, ut tertia ejus pars tantum plena sit, destilletur igne arenæ gradatim augendo, sic simul ascendens oleum & sal volatile, sal aquâ calida eluatur, & seorsim super proprium residuum calcinatum rectificetur, ut albescat; Oleum autem per se lege artis super eodem residuo rectificetur.

Eadem methodo è Citrino quoq; oleum destillatur succino.

OLEUM DESTILLATUM
TACAMAHACA.

Vide supra suo loco.

OLEUM DESTILLATUM
TARTARI FOETIDUM.

Unâ cum spiritu destillatione prodit, ab illo, ut moris & artis est separandum.

OLEUM TARTARI RE-
CTIFICATUM.

Ex oleo prædicto foetido, magnâ aquæ quantitate affusa, Maris balneo aut è Vesicâ destillando separatur, ut artis aliâs est, ac denuò affusa fragrantis alicujus aquæ portione è cucurbitâ vitreâ rectificatum, à tetro illo odore aliquatenus liberatur.

OLEUM DESTILLATUM
TEREBINTHINÆ.

R. Terebinthinæ depuratæ & clarificatæ, quantum vis.

Vesicæ affusa aquæ sufficienti quantitate aut retortæ etiam capaci arenæ commixtum igne leni destilla ac primò album, phlegmati acidulo sociatum, prodibit oleum, quod spiritus vulgò dicitur, quod seorsim accipendum, succendentibus igne auctiore guttis flavis mutandum recipiens ac flavum quoque separatim excipiendum, quod hujus loci, donec intenso magis adhuc igne rubræ guttæ appareant, à prioribus quoque separandæ ac rectificandæ, quæ balsami nomine quibusdam veniunt. Si absque arenæ additione è retortâ destilletur tandem in Colophoniam transit.

o OLEUM TERRÆ.
Tanquam exoticum è scaturi-

OL.

ginibus quorundam montiū sponte, fluens à natali loco aut ab illis, qui inde id afferunt, petendum.

o OLEUM TERRÆ FREYEN-
WALDENSIS.

Præter hoc terræ oleum nativum, dantur hinc inde terrarum quædam genera, quæ oleo terræ nativo congenere oleum destillationis adminiculo largiuntur, quas inter illa, quæ propè oppidum, sex à Berolino millaria distans, Freyenwalde dictum & acidulas illic scaturientes eruitur, è cuniculo, ante annos abhinc centum, ut ferunt accolæ, à metallicolis, peste postea sublati, acto. Quæ destillationis ope oleum largitur duplex unum unâ cum spiritu aut phlegmate potius spirituolo; ac flores, sulphuris instar, cui & colore flavo exactè & flammâ cœruleâ, si ei admoveatur ignis, similes, sed pingues & in oleo Rectificato clarò solubiles, egregium, si absque destillatione oleum phlegmati maritatum, aut oleo cuidam suaviori mixtum, servetur, & valdè efficax contra dolores Arthritidis vagæ intolerabiles, remedium, alterum picuum nigrum suos quoq; in usus aptum & si debitè rectificetur, aut emplastris paregoricis misceatur, utile.

o OLEUM DESTILLATUM
VITRIOLI RUBRUM.

Post destillationem spiritus Vitrioli continuatam ultimâ tandem ignis torturâ elicetur, non tam oleum, quā spiritus acerrimus subtilissimis Colcotharis particulis imprægnatus.

Nota; Si Vitriolum repetitis solutionibus depurationibus à crassioribus metallis particulis defacatum destillationi subjiciatur debito ignis regimine, promptius spiritum ac copiosius oleum suppeditat.

o OLEUM DIACOLOCYN-
THIDOS.

R. Pulpæ Colocynthidis, pulveris Radicum Hellebori nigri, ana drachmas duas.

Fellis bubuli,
Olei Absinthii,

Olei

OL.

Olei Rutæ, ana unciam unam. Coquantur igne moderato ad humiditatis consumtionem, postea colentur.

o OLEUM EUPHORBI.

R. Euphorbi, unciam semis.

Olei Cheirini, uncias quinque. Cocta aliquantis per donec oleum viribus Euphorbi sit imprægnatum, colentur tandem & serventur.

o OLEUM FEBRIFUGUM.

Liquor potius Antimonii dicendum.

R. Antimonii crudi, uncias octo.

Salis Armoniaci, uncias sex.

Pulverifentur seorsim exactè dein miscentur, & è cucurbita terrea, igne moderato, ut artis est, sublimentur. Sublimati in alembicum flores sedulò collecti, tabulæ vitreæ aut lapideæ in cella limponantur, ut deliquescant, liquor inde stillans in fundibulo vitreo bibulâ instructo excipiatur ac vitro mundo servetur. Fridericus Deckert in Exercit. Practicis. p. 187.

OLEUM HYOSCIAMI è SEMINE EXPRESSUM.

R. Seminis Hyosciami optimè confusi & parumper tosti, quantum vis, inde Cilicio valido ac torculari oleum exprime.

Nota: Qui majorem bujus olei copiam desiderat tosturâ supersedeat, ejusque loco semen pauxillo aquæ pluviae, aut simplicis saltem irroratum leni calori exponat, quò à liquore asperso turgescat & incalescat, sicque torculari subjiciatur. ut artis est, ac duplum ad minimum olei efficacis anodynæ obtinebit.

OLEUM HYPERICI.

Simplex, solâ cum oleo communni infusione iteratâ florum cum

OL.

semine maturescente conquassatorum, insolatione diuturnâ & colatur cum expressione paratur.

Compositum Dominorum Augustanorum, quod balsami vulnerarii vices sustinet, tale est.

R. Florum Hyperici cum seminibus jam maturescentibus contusorum, libras tres.

Olei defæcatissimi, libras duas. Croci, scrupulos quatuor.

Macera flores in oleo triduum, postea ad consumtionem humiditatis coque, tandem exprime & Colatura expressæ adde

Terebinthinæ claræ, libras duas.

o OLEUM IRINUM.

R. Radicum Iridis nostratis, libras duas.

Florum ejusdem, libras quatuor. Aquæ decoctionis radicum Iridis, quantum sufficit.

Olei olivarum veteris puri, libram unam semis.

Coquantur ad superflui humoris consumtionem omnimodam & exprimantur,

OLEUM LAURINUM.

E baccis Lauri recentibus expressum adveni solet, cuius tamen defectu, è baccis Lauri, quām haberi possunt recentibus cotione cum Aquâ simplici, quantitate proportionatâ affusâ, sufficienti impetrari potest, aquæ cum expressione forti colatae, ubi refrigerata fuerit, innatans.

OLEUM LILIORUM ALBORUM.

R. Foliorum liliorum alborum antheris rejectis, libram unam.

Olei olivarum clari, libras tres.

Insolentur octiduum, postea colentur & exprimantur, iteratâ

OL.

etiam, si placet infusione ac insolatione, novis floribus additis.

OLEUM LINI EXPRESSUM.

R. Seminis lini contusi, & parum per tosti, quantum libet.

Inclusum cilicio exprimatur fortissime.

OLEUM LUMBRICORUM.

R. Lumbricorum terrestrium stupæ adminiculo purgatorum, libram circiter semis.

Vino lotis affunde Olei Rosarum, libras duas.

Coque moderato igne ad humiditatis exhalationem & colatum oleum serva.

OLEUM LUMBRICORUM COMPOSITUM.

R. Lumbricorum terrestrium, libram unam.

Granorum Juniperi unciam unā Herbæ Agrimonie

Chamæpytheos

Rorismarini

Salviæ recentis ana manipulos duos.

Florum Chamomillæ

Sambuci

Primulæ veris recentium

ana manipulum unum.

Olei olivarum optimi, libras quatuor.

Vini Galici optimi, uncias sex.

Coquantur ad consumtionem vini.

OLEUM MACIS EXPRESSUM.

E Macis electi pulvere recens comminuto ac parum in sartagine mundâ fricto & Cilicio inclusio, torculari, ut moris est, exprimitur.

OL.

OLEUM MANDRAGORÆ.

R. Corticum radicum mandragoræ, libram unam.

Contusi coquantur in sufficienti Aquæ quantitate, Colaturæ hujus decocti expressæ, adde Succi capitum papaveris nigri, uncias tres.

Hyoscyami albi, uncias duas.

Cicutæ teneræ, unciam unam.

Olei Violarum, libras duas.

Coquantur cum oleo succi ad humili confumtionem usque, quibus colatis secundum artem Opii tandem & Storacis Calamitæ, ana uncia semis addatur.

OLEUM MASTICHINUM.

R. Mastiches electæ, uncias tres.

Dissolve lento igne in Olei Rosarum librâ unâ, postea colla & serva.

OLEUM MENTHÆ.

EMenthæ crispæ fit ad instar oleorum reliquorum vegetabilium, addito oleo defæcatisimo leni coctione & evaporatione humiditatis, tandemque colaturæ cum levè expressione.

OLEUM MOMORDICÆ.

Eodem modo fit e fructibus Momordicæ recentibus maturis, in frusta concisis & oleo purissimo maceratis.

OLEUM MYRRHÆ COMPOSITUM.

R. Myrrhæ rubræ electæ, uncias duas semis.

Mastiches electæ, uncias tres.

Aloës epaticæ,

Salis communis ana uncias sex.

Con.

BORUSSO-BRANDENBURGICUM. 125

OL.

Contusa igne lento summâ diligentia è retorta vitrea balneo fisco destilla, prodibit primò aqua, deinde oleum magnarum virtutum contra lumbricos & ad vulnera.

o OLEUM MYRTILLORUM.

R. Baccarum Myrtilli recentium, si habentur, sin minus siccatarum ac vino maceratarum, libram unam.

Olei olivarum, libras tres.
Coquantur ad humoris consumptio-
nem, postea cum expressione leni
colentur.

o OLEUM NARDINUM.

R. Spicæ Nardi Indicæ, uncias qua-
tuor.

Olei Sesamini, libras duas.

Spicam oleo affuso macera ac di-
gere, ac post sufficientem macerati-
onem ac digestionem cum aliquali
expressione colâ.

o OLEUM NICOTIANÆ.

E foliis Nicotianæ recentibus conqua-
fatis, aut fiscis vino maceratis, & cum olei
Olivarum defæcati sufficienti quantitate ad
humiditatis exhalationem usque coctis, tan-
demque expressis ad instar reliquorum &
vegetabilibus coctorum oleorum, Mentha
fortè aut similius fit.

OLEUM NUCUM JUGLAN- DIUM EXPRESSUM.

Modus exprimendi cum Amygdalis con-
venit, nisi quod hæ decortiatione non in-
digeant, & modicam ignis tosturam ante
expressionem ferant.

OLEUM NUCIS MOSCHA- TÆ EXPRESSUM.

Ad instar Olei Macis è nucibus Myristi-
cis, quantum fieri potest recentibus, in pul-
verem redactis ac aut vapore Aquæ ferven-
tis irroratis, aut etiam sine illo solùm ser-
væfactis exprimitur.

OL.

OLEUM NYMPHÆÆ.

E Floribus Nymphææ albæ fit, ad nor-
mam olei liliorum alborum, cum oleo opti-
mè defæcato, nisi quod post insolationem
aliquali cocturâ indigeat, donec gutta pru-
nis injecta stridorem nullum edat.

OLEUM OLIVARUM.

Aliunde nobis advectum pro-
stans, selectu tantum indiget.

o OLEUM OVORUM EX- PRESSUM.

R. Ovorum recentium ad duritiem
coctorum, numero centum.

Exemtos vitellos & comminutos in sar-
tagine igne leni assa, movendo spatula do-
nec rufescant ac pinguedinem sudare incipi-
ant, tum cilicio inclusos prælo subjice &
oleum omne elice.

o OLEUM RANARUM.

R. Ranarum Fluvialium, libram
unam.

Olei Rosarum, libras tres.
Coquantur ad planam ranarum
dissolutionem, tum colentur & ritè
serventur.

OLEUM PAPAVERIS EX SEMINĒ.

Paratur eodem quo oleum Se-
minis Hyoscyami modo.

o OLEUM DE PIPERIBUS.

R. Piperis albi,
nigri,
longi, ana drachmas tres.

Myrobalanorum chebularum,
Emblicarum,
Indarum, ana
drachmas
quinque.

Radicum Apii,
Fæniculi, ana dra-
chmas quatuor.

Ii

Sum-

OL.

Summitatum hyssopi,
Rutæ, ana mani-
pulum unum.

Turbith gummosi, drachmas
duas.

Zingiberis, drachmas tres.

Coquantur in sufficienti quanti-
tate Aquæ ad consumtionem ter-
tiæ partis. Colaturæ libræ uni adde
aceto dissolutorum

Gummi Ammoniaci,
Opopanaxis,
Sagapeni, ana drachmas
duas cum semisse.

Olei Amygdalarum dulcium, li-
bras duas.

Coquantur ad humidi omnis ex-
halationem continuè spatulâ mo-
vendo, donec gutta prunis inspersa
non amplius strideat.

OLEUM POPULEUM.

¶ Gemmarum Populi nigræ, Veris
initio collectarum, libras tres.

Conquassatis affunde

Olei Olivarum purissimi, libras
septem.

Macerentur aliquando tum ad humiditi-
tatis consumtionem coquantur, expriman-
tur & colentur.

OLEUM ROSARUM.

E rosarum rubrarum non dum ple-
nè hiantum, librâ unâ semis.

Olei olivarum clari, libris qua-
tuor, paratur juxta normam. Olei
Nymphææ.

OLEUM RUTÆ.

Fit ut Absinthii, ex oleo claro ac
Rutæ foliis coquendo.

OLEUM SAMBUCI ē
FLORIBUS.

OL.

Hoc, parandi modo, oleum imi-
tatur florum Chamomillæ & alio-
rum.

OLEUM SCORPIONUM.

Recipit Scorpionum Vivorum, nu-
mero triginta, ad olei com-
munis defæcatissimi, libras
duas.

Mergendo in oleum scorpiones
& insolando diebus æstivis calidis-
simis triginta circiter.

OLEUM SEPTEM FLO-
RUM MYNSICHTI.

Infundantur suo quique tempo-
re flores recentes, in optimo suo
vigore collecti, seorsim

Violarum,
Sambuci,
Rosarum,
Chamomillæ,
Liliorum alborum,
Verbasci,
Malvæ arboreæ rubrorum.

Macerentur & exponantur solis radiis æ-
stivis & post sufficientem macerationem si-
gillatim exprimantur validè, expresso cui-
vis oleo sui generis recentes imponantur
flores, insolentur & exprimantur, idque a-
liquoties recentibus floribus adjectis repe-
tatur, sicque anodinum verèque Balsami-
cum tandem ē conjunctis nansciceris oleum.

OLEUM SESAMINUM.

E Sesami semine eodem quo Pa-
paveris Oleum aut lini, prælo elici-
tur.

OLEUM STOMACHICUM
CRATONIS.

¶ Summitatum Absinthii, manipu-
lum unum.
Caryophyllorum,

San-

OL.

Santali Citrini, ana drachmas duas.

Foliorum Rosarum rubrarum,
Macis, ana drachmam semis.

Masticas, drachmas duas semis.

Olei Absinthii simplicis, libram unam.

Post debitam macerationem & insolationem leniter ebulliant, ac cum aliquali expressione colentur.

OLEUM SULPHURIS PER CAMPANAM.

E sulphure flavo aut, nonnullis placet, vivo potius, arsenicalis Malignitatis non participe, in pulverem redacto, in scutellâ tenacâ non nimis amplâ, nec altâ nimis, patinæ vitreæ latæ interveniente sustentaculo vitro, impositâ, & suspenso desuper receptaculo amplio vitro, Campanæ formâ praedito, deflagrante paratur. Coagulato nimis in campanâ sulphuris fumo indeque in substratam ipsi patinam destillante. Ubi observandum, aere udo & pluvioso feliciter hoc succedere negotium, plusque olei (haud adæquate sic dicti) quam siccо aut sereno coelo colligi.

OLEUM VERBASCI FLORUM.

Eadem, quâ Oleum liliorum alborum aut Chamomelinum, methodo fit.

OLEUM VIOLARUM.

Cum Oleo Rosarum, quâ parandi modum convenit.

OLEUM VULPINUM.

Vulpem mediæ ætatis recens captam, exenteratam & in frusta dissectam conquassatis etiam offibus, affusis Aquæ fontanæ.

Olei olivarum clari, ana libris quatuor.

ac addendo Salis, uncias quinque.

OX.

Coque & inter coquendum,
Anethi,
Thymi, ana libram unam.

Adjiciendo, continuèque coquendo donec caro ab offibus sponte secedat omnis, ac humiditas planè sit consumta, fit, tum exprimendo coletur ac servetur.

ORVIETANUM.

Vide Electuarium Orvietani.

OXYMEL COMPOSITUM.

Radicum mundatarum ac contusarum, Apii,

Asparagi,
Fœniculi,
Petroselini,
Rusci, ana uncias duas.

Seminis Anisi,

Apii,
Fœniculi,
Petroselini, ana unciam unam.

Macerentur in Aceti Vini, librâ una semis.

Aquæ fontanæ limpidæ, libris sex.

Horas viginti quatuor, postea ad exhalationem, tertiae partis coquantur.

Colaturæ addantur Mellis, libræ tres. Bulliantque ac despumentur, ut artis est, ad justam usque puritatem ac consistentiam.

OXYMEL SIMPLEX.

Aceti Vini acerrimi, librâ unam Aquæ simplicis claræ, libras quatuor.

Mellis, libras duas.

Mel prius cum aquâ coquattur ac inter coquendum probè despumentur; Consum-

OX.

cā omni ferè aquā Acerum demum addatur ac unā saltem aut alterā ebullitione fiat Oxymel debitæ consistentiæ.

○ OXYMEL SQVILLITICUM
COMPOSITUM.

R. Cardamomi minoris,
Hyslopi fisci,
Levistici,
Origani,
Stœchados,
Thymi, ana drachmas quinque.
Passularum exacinatarum, uncias duas.

Coquantur in aquæ libris duabus ad medietatis consumtionem.
Colaturæ adde

Aceti squillitici, libram unam semis.

Succi Bryoniæ, uncias quinque.
Mellis despumati, libras duas cum semisse.

Bulliant ac despumentur, ut artis, sicque ad justam decoquantur consistentiam.

OXYMEL SQVILLITICUM
SIMPLEX.

E Mellis despumati, libris tribus ac
Aceti squillitici, libris duabus.

Coctione secundum artem fit.

○ OYSACCHARUM COM-
COMPOSITUM.

R. Radicum Asparagi,
Fœniculi,
Graminis,
Rusci,

Herbarum Asplenii,
Capillorum Veneris,
Hepaticæ fontanæ,
Linguæ Cervinæ,
Polytrichi,

OX. PA.

Violarum, ana unciā unam.

Infundantur in succi Granatorum acidorum libris octo. Macerentur triduum, tum modicè bulliant & cum expressione tandem colentur, Colaturæ addantur Sacchari albissimi, libræ quatuor, & ad Syrupi consistentiam coquendo redigantur.

○ OYSACCHARUM SIM-
PLEX.

R. Sacchari albissimi, libram unam, distemperetur in Aceti Vini acris, unciis quatuor, & super igne in illo liquecat, quibus adde succi Granatorum acidorum, uncias octo, & vel unicā ebullitione ad consistentiam Syrupi reducatur.

○ OYSACCHARUM
SQVILLITICVM.

Eodem fit modo, quo Oxymel squilliticum Melli solum Saccharum substituendo.

PASSULÆ LAXATIVÆ.

R. Aquæ Endiviae, libras duas semis, in quâ macerentur foliorum Senæ Orientalis, sine stipitibus, crassè contusorum, unciæ quatuor

Cinnamomi electi,
Zinziberis albi, ana drachma una semis,

Horas octo, postea ebulliant leniter & cum expressione aliquali colentur. Colaturæ addantur Passularum majorum exacinatarum, libra una.

Sacchari albi, unciæ quatuor. Atque post unam alteram vē ebullitionem asserventur.

Eādem ratione etiam fiunt passulæ laxativæ minores.

PA-

BORUSSO-BRANDENBURGICUM. 129

PA. PH.

PASTILLI PRO FUMO COMMUNES.

- R. Corticum Thymiamatis,
Gummi Benzoës,
Storacis Calamitæ,
Olibani,
Succini flavi, electi, ana unciam
unam.
Masticæ,
Baccarum Juniperi,
Ligni Aloës, ana unciam semis.
Rhodii, drachmas sex.
Florum Lavendulæ, drachmas
duas.
Styracis liquidæ, uncias duas.
Sacchari albissimi,
Ceræ novæ fragrantis,
Terebinthinæ claræ, ana unciam
unam.
Carbonum Tiliæ, libras tres.

Redactis in pulverem redigendis, exci-
piantur omnia Mucilagine Gummi Traga-
canthi, cum Aquâ Rosarum fragrantissimâ
factâ & fiat Massa, indeque pastilli.

o PHILONIUM ROMANUM.

- R. Piperis albi,
Seminis Hyoscyami albi, ana dra-
chmas quinque.
Opii depurati, drachmas duas
semis.
Cassia lignea,
Cinnamomi electi, ana drachmā
unam semis.
Apii,
Euphorbii,
Myrrhæ, ana drachmam unam.
Seminis Dauci Cretici,
Fœniculi,
Petroselini Macedonici,
ana scrupulos duos.

Croci optimi,
Nardi Indicæ,

PH. PI.

Pyrethri,
Zedoariæ, ana scrupulum unum.
Mellis optimè despumati triplum,
seu uncias octo circiter,
Misce fiat lege artis Electuarium.

o PHILONIUM PERSICUM CUM & SINE EUPHORBIO.

- R. Seminis Hyoscyami albi,
Piperis albi, ana drachmas de-
cem.

Opii optimè depurati,
Terræ Lemniæ, ana drachmas
quinque.

Lapidis Hæmatitæ,
Croci, ana drachmas duas semis.

Trochiscorum Ramich,

Euphorbii,

Pyrethri,

Castorii,

Zedoariæ,

Doronici,

Spicæ Indicæ,

Matris perlarum præparatæ,

Succini electi, ana drachmam

semis.

Camphoræ, scrupulum semis.

Mellis despumati triplum, seu uncias
quindecim præter propter.

Nota; Demto Euphorbio, cum tutius non-
nullis videatur medicamentum, utroq;
modo præparatum, quo cujuslibet des-
iderio satisfieri possit, ut in officiis no-
stris prostaret, placuit. Ratione Tro-
chiscorum Ramich consule Pharmacopœ-
am Augustanam. p. 166.

o PILULÆ DE AGARICO.

- R. Agarici, drachmas tres.
Pulpa Colocynthidis,
Gummi Sarcocollæ, ana dra-
chmas duas.
Radicum Iridis Florentinæ,
Marrubii,
K k Myrrhæ,

PI.

Myrrhæ, ana drachmam unam.
Specierum hieræ picræ Galeni,
unciam semis.

Turbith Gummosi, drachmas
quinque.

Sapæ, quantum sufficit.

Misce fiat lege artis Massa pilularis.

○ PILULÆ AGGREGATIVÆ
MAJORES.

R. Succi inspissati Absinthii,
Agerati, ana dra-
chmas tres.

Rhabarbari Electi,
Myrobalanorum Citrinarum,
ana unciam
semis.

Chebularum,
Indarum,

Agarici,
Colocynthidos,
Polypodii Querni, ana dra-
chmas duas.

Aloës succotrinæ,
Diagrydii,
Turbith gummosi, ana drachmas
sex.

Anisi,
Epithymi,
Masticæ,
Rosarum,
Zinziberis,
Salis gemmæ, ana drachmam
unam.

Cum Syrupi Rosarum solutivi,
quantum sufficit.

Fiat Massa, ut artis.

○ PILULÆ DE ALOE LOTA.

R. Aloës, succo Rosarum lotæ, un-
ciam unam.

Agarici recenter trochiscati,
drachmas tres.

PL.

Masticæ electæ, drachmas duas.
Specierum diaMoschi dulcis,
drachmam semis.

Cum vino Malvatico fiat pilularum
massa.

○ PILULÆ DE ALOE ET MA-
STICHE.

R. Aloës succotrinæ, unciam unam.
Masticæ electæ, unciam semis.
Caryophyllorum,
Foliorum rosarum rubrarum,
ana drachmam unam.

Croci optimi,
Diagrydii, ana scrupulos duos.

Cum succi Absinthii, quantum requiritur,
paretur massa.

PILULÆ de ALOE ROSATA.

R. Aloës succotrinæ, Rosarum succo ter-
nitræ, ac ultimâ vice ad consistentiam
massæ pilularis inspissatæ, quantum vis.

Fiant inde cum Syrum Rosarum so-
lutivo, aut Vino, ubi res exegerit, pilulæ.

PILULÆ ALOEPHANGINÆ.

R. Radicum Asari,
Calami Aromatici,
Cardamomi,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Cubebæ,
Galangæ,
Ligni Aloës,
Macis,
Schœnanthi,
Spicæ Indicæ, ana unciam unam.
Summitatum Absinthii siccaturum,
Foliorum Rosarum siccaturum,
ana drachmas quinque.

Fiat aromatum omnium pulvis subtilis-
simus, cuius medietas coquatur affusis qua-
tuor aquæ fontanæ libris ad mediæ partis
consumtionem igne leni, tum coletur cum
expressione fortæ. In colatura solvatur
Aloës

BORUSSO-BRANDENBURGICUM.

131

PI.

Aloës succotrinæ, Aquâ pluvia solutæ & depuratae, libra una, quæ evaporando reducatur ad extracti molliusculi spissitudinem, ita ut cum pulveris subtilissimi reliquo ut &

Masticæ, unciâ unâ semis.

Myrrhæ electæ, drachmis quinque.

Croci, drachmis tribus,

Exactè miscendo in pilularem massam justæ consistentiæ redigi possit.

o PILULÆ de AMMONIACO.

R. Gummi Ammoniaci depurati cum aceto scillitico soluti, drachmas sex.

Extracti Aloës succotrinæ, unciæ quatuor.

Myrrhæ electæ, unciam semis.

Masticæ electæ,

Specierum diatrium santalorum, ana drachmam unam semis.

Croci optimi,

Salis Absinthii,

Fraxini, ana scrupulos duos.

Cum Syrupo de Stœchade fiat massa.

o PILULÆ ANGELICÆ.

R. Succorum depuratorum Borraginis,

Buglossi,

Cichorii,

Endiviae,

Fumariæ,

Lupuli, ana

uncias

quatuor.

Rosarum

Damasce-

narum, li-

bram unâ

Solve in illis Aloës succotrinæ li-

PI.

bram unam, ac leni igne eosusque inspissa, ut admistis Pulveris Rhabarbari electi, unciâ unâ.

Agarici recens trochiscati, unciâ semis.

Cinnamomi electi, drachmis duabus.

Massa fiat pilularis justæ consistentiæ.

o PILULÆ AUREÆ.

R. Aloës Succotrinæ, Diagrydii, ana drachmas quinque.

Seminis Anisi,

Fœniculi, ana drachmā unam semis.

Apii,

Foliorum Rosarum rubrarum, ana drachmas duas semis.

Masticæ electæ,

Croci orientalis optimi,

Pulpæ Colocynthidis, ana drachmam unam.

Mellis Rosati solutivi, quantum sufficit, pro massa pilulari parandâ.

PILULÆ COCHIÆ RHASIS.

R. Specierum Hieræ picræ Rhasis, drachmas decem.

Pulpæ Colocynthidis, unciam semis.

Diagrydii, drachmas duas semis.

Turbith,

Stœchados Arabicæ, ana drachmas quinque.

Cum quantitate sufficiente syrapi de Stœchade paretur Massa.

PILULÆ de CYNOGLOSSO.

R. Radicum siccårum Cynoglossi,

Kk 2

Se-

PI.

Seminis Hyoscyami albi,
Opii depurati, ana unciam semis.
Myrrhæ, drachmas sex.
Thuris, drachmas quinque.
Styracis Calamitæ,
Caryophyllorum,
Cinnamomi, ana drachmas duas.
Cum Succi de Cynoglosso & Syru-
pi Violarum ana ex arte fiat pilu-
larum massa.

○ PILULÆ FOETIDÆ MA-
JORÉS.

℞. Aloës Succotrinæ,
Gummi Ammoniaci,
Bdellii,
Opopanacis,
Sagapeni,
Colocynthidis,
Epithymi,
Seminis Rutæ hortensis,
cum aceto rosarum acerrimo
macerati, sicque juxta Dominos
Augustanos præparati, ana dra-
chmas quinque.

Efulæ,
Diagrydii,
Castorii,
Cinnamomi,
Croci,
Spicæ Indicæ, ana drachmā
unam.
Euphorbii, scrupulos duos.
Turbith, unciam semis.
Zinziberis, drachmam
unam semis.

Cum succi depurati Porri, quan-
tum sufficit, fiat massa.

○ PILULÆ FRANCOFUR-
TENSES.

Harum præparatio, cum arcanam Do-
mini Francofurtes esse velint, atque de-

PI.

scriptiones earum admodum varient, ut ut
Aloën succo Violarum nutritam materiam-
illarum esse plurimi, fortassis non immer-
tò, contendant, Autoribus illarum relin-
quitur, indeque tanquam natali illarum so-
lo à Pharmacopœis nostris ut petantur,
quò de synceritate illarum constet, æquum
est. Harum tamen viccs, in defectu illa-
rum sustinere possunt.

PILULÆ BEROLINO-FRAN-
COFURTENSES.

℞. Succi recentis, borraginis,
Buglossi, ana libram unam.
Violarum purpurearum,
libras tres.
Carduibenedicti,
Veronicæ,
Chamæpithyos,
Chamædryos, ana libram
semis.

Quibus succis depuratis infunde
Foliorum Senæ Alexandrinæ se-
lectæ, uncias quatuor.
Aloës succotrinæ, libram unam
semis.

Digere, extrahe, solve, cola & lege ar-
tis in ipsa in Massam pilularum justæ con-
sistentiæ, è quâ dein pilulæ formentur ci-
ceris aut ervi magnitudine.

○ PILULÆ GUMMOSÆ AL-
TERANTES FR. SYLVII.

℞. Gummi Galbani aceto Scillitico,
aut saltem vini destillato de-
purati, vel ejus loco Gummi
Ammoniaci eodem modo
depurati, scrupulos duos.

Vitrioli Martis leni calore ad al-
bedinem blandè calcinati,
Succini albi, aut flavi saltem, ele-
cti, ana scrupulum unum.

Myrrhæ rubeæ,
Castorii optimi,

Croci

BORUSSO-BRANDENBURGICUM. 33

PL.

Croci orientalis, ana scrupulum
semis.

Olei Mastiches destillati, guttas
octo aut quantum sufficit.

Misce fiat lege artis massa pilularis.

PILULÆ GUMMOSÆ EVA- CUANTES FR. SYLVII.

℞. Gummi Galbani aut Ammoniaci
prædicto modo præparati,
scrupulos duos.

Vitrioli Martis ad albedinem
blando calore exsiccati.

Mastiches electæ, ana scrupulum
unum.

Castorii optimi,
Myrrhæ rubeæ, ana grana quin-
decim.

Croci Orientalis, scrupulum fe-
mis.

Trochiscorum Alhandal, dra-
chmam unam.

Resinæ Jalappæ,
Scammonii, ana scrupu-
lum unum.

Olei Corticum Citri scrupulum
semis aut quantum satis.

Misce fiat massa pilularis, ex arte.

○ PILULÆ HIERÆ CUM AGARICO.

℞. Specierum Hieræ picræ Galeni,
Agarici recens trochiscati, ana
unciam semis.

Aloës succotrinæ, unciam unam.

Mellis rosati, quantum satis.

Fiat Massa.

○ PILULÆ LUCIS MAJORES.

℞. Euphrasiæ, drachmam unam.

Absinthii,

Rosarum,

Violarum,

Epithymi,

Pr.

Radicum Calami Aromatici,
Asari,

Seminis Anisi,

Apii,

Fœniculi,

Rutæ,

Seseleos Massilioticæ,

Caryophyllorum,

Cassia lignea veræ,

Cardamomi minoris,

Cinnamomi,

Croci,

Cubebarum,

Macis,

Mastiches,

Nucis Moschatæ,

Pulpæ Colocynthidis,

Schœnanti;

Spicæ Indicæ,

Turbith gummosi,

Xylobalsami, ana scrupulum u-

nus.

Myrobalanorum omnium,

Rhabarbari electi, ana scrupulos

duos.

Agarici recens trochiscati,

Foliorum Senæ, ana scrupulos

duos semis.

Aloës Succotrinæ, ad pondus
omnium, nimirum unciam
unam semis circiter, cum
succi fœniculi quantitate suffi-
ciente fiat massa pilularum lege
artis.

*Nota; Pro Carbolafamo, ingredientibus
hanc compositionem à Mesue connumera-
to, Cardamomum minus substitutum es-
se. Xylobalsami vices Xylaloë seu li-
gnum Aloës, subire in defectu potest.*

PILULÆ MAROCOSTINÆ.

Ex Extracto Marocostino pro exigentia
agri & intentione Medici parari è vestigio
possunt.

PL.

○ PILULÆ MASTICINÆ.

- R. Mastiches electæ, unciam semis.
Agarici optimæ notæ, dtachinas tres.
Aloës succotrinæ, drachmas decem.

Cum Mellis Rosati quantitate sufficienti
fiat ex arte Massa pilularis.

○ PILULÆ PESTILENTIALES
AVICENNÆ.

- R. Aloës Succotrinæ, unciam unam
Croci orientalis optimi,
Myrrhæ rubeæ, ana unciam
semis.

Cum Vino generoso & odoro
fiat Massa.

PILULÆ PESTILENTIALES
RUFFI.

- R. Aloës purissimæ,
Gummi Ammoniaci depurati,
ana unciam unam.
Myrrhæ selectæ, unciam semis.
Paretur cum succo Limonum
Massa.

○ PILULÆ POLYCHRESTÆ.

Habent hæc Authorem primum D. Jo-
hannem Joachimum Becherum scriptis va-
riis inclytum, qui illas in Psychosophiâ suâ,
quæst. 135, prolixè commendat, quæque ap-
plausum haud aspernandum consecutæ à ce-
lebribus etiam Medicis estimantur, addi-
tamentis quibusdam pro Genio cuiusque &
ingenio, si non melioratae, saltem interpo-
latæ pro Arcano peculiari habentur. Ha-
rum descriptio ab ipso Authore nonnullis
communicata hæc est:

- R. Extracti Cardubenedicti,
Cochleariæ,
Absinthii,
Gvajaci,
Rhabarbari,
Granorum Kermes,
Croci Austriaci,

PL.

Mithridatii Veneti,

Gummi Hederæ,

Sandaracæ,

Aloës optimæ,

Myrrhæ electæ,

Florum Sulphuris, ana drachmā
semis,

Cum sufficienti quantitate Eli-
xiris proprietatis Paracelsi,
Misce fiat massa pilularum, è quâ
formentur pilulæ, ciceris
magnitudine.

PILULÆ POLYCRESTÆ
ALIÆ.

- R. Resinæ Jalappæ, scrupulos duos.
Trochischorum Alhandal, scru-
pulum unum.
Aloës epaticæ, scrupulum semis.

Misce & cum aquâ Cichorii formentur
pilulæ, è scrupulo uno sex numero, que il-
linantur oleo stillatitio anisi, vel macis, ma-
joranæ, rorismarinî, citri vel similibus pro
ratione affectus & partis affectæ.

Dosis numero una, post cœnam modicam
ante somnum, manœ altera.

○ PILULÆ SINE QVIBUS
ESSE NOLO.

- R. Aloës succotrinæ purissimæ, un-
cias duas.
Absinthii,
Agarici,
Cuscute,
Mastiches,
Myrobalanorum omnium,
Rhabarbari selecti,
Foliorum Rosarum,
Senæ Alexandrinæ,
Violarum, ana dra-
chmam unam.
Diagrydii, drachmas sex cum
semisse.

Succi

PL.

Succi fœniculi quantum requiri-
tur, pro formandâ lege artis, Massâ.

○ PILULÆ SPLENETICÆ.

R. Gummi ammoniaci selecti, cum
aceto squalitico depurati,
Aloës succotrinæ, ana drachmas
sex.

Myrrhæ rubræ electæ, scrupulos
duos.

Tartari vitriolati, drachmas
duas.

Salis fraxini,
Extracti foliorum senæ, ana dra-
chmam unam.

Fœculæ Bryoniae, scrupulos duos.

Olei Caryophyllorum, guttas
tres.

Misce fiat lege artis massa.

○ PILULÆ D. STARKEY
POLYCHRESTÆ.

Medicamentum hoc excellens usus Poly-
chresti tam Pharmacopœum, quam Medicum postulat solerter, industrium ac
conscientiae suæ fataginem, utqote quod
ritè præparatum & cum ratione administra-
tum effectus planè eximios, in gravibus
etiam & contumacibus malis exserit, dex-
trè verò & accuratè non præparatum, nec
cum circumspetione debitâ datum pericu-
lo omni non vacat. Inventorem agno-
scit D. Georgium Starkey, Chymicum &
Practicum sanè egregium 1657. Londini
adhuc superstitem. Præcipuum tam in præ-
paratione Correctoris, quem vocat, uni-
versalis, accuratisimâ, quam reliquorum in-
gredientium cum illo combinatione ex-
actâ consistit negotium, quod operatorem
exigit & amat non suffenum aut socordem,
multò minus lucro nimis inhantem, sed
ingeniosum, sagacem, industrium ac pa-
tientem.

Parandum primò alcali satis acre, ex Tar-
tari & Nitri partis æqualibus, per detona-
tionem in catino ferreo mundo, quod à de-

PL.

tonatione reliquum, igne furni anemii fa-
tis valido liquandum, liquatum aquâ calidâ
solvendum, bacillo mundo bis terva sub-
ruendum & agitandum, donec omne sit
solutum, tum per emporticam filtran-
dum, sit venia voci Barbaræ, solutioni fil-
tratae, aquæ Calcis vivæ, affusâ calci aquâ
pluvia aut saltim fontana purissimâ paratae
ac optimè filtratae, adeoque clarissimæ,
tantundem adde, atque in vase vitro puro,
solicite tecto decem aut duodecim dies
quietè serva. Lixivium inde sic natum lim-
pidissimum à subsidenti fæce curiose de-
canta, ac denuò per bibulam stilla, tum in
vase idoneo satis valido, vitro, si ad manus,
aut terreo optimè devitreato, puro coque
& evaporando exsicca. Salis hujus Alcalini
prædicto modo exactè & ex arte parati,
optimè fiscati & in pulverem candidissi-
mum redacti parti uni, unciae forte aut
quantum libuerit, in vase commodo, ca-
paci, firmo, patinæ instar plani fundi, vi-
tro, si tale robustum satis haberi possit,
sin minus terreo validè vitreato, ne olei
quicquam imbibat, aut aliquid etiam hete-
rogenei illi communicet, purissimo, affun-
de olei terebinthinæ optimè depuratæ,
synceri absque omni additamento alieno,
proprio quoque Marte, ut de synceritate
ejus certus esse possis, destillati, tres par-
tes, ita ut oleum sali digiti unius aut alte-
rius transveisi altitudine superemineat, ac
sal ab omni aëris externi commercio ex-
cludatur, tum pistillo vitro aut ligneo, bis
terve quotidie, agiliter circumacto suffici-
enter tritura, sic oleum à sale paulatim im-
bibetur, unde identidem modicum olei
addendum, sicque ne aëri sal exponatur,
aut ex illo humiditatis quicquam attrahat,
indeque deliquescat, præcaveatur, quâ de
re mox à tritura vas salem continens oper-
culo, quod illud exactissimè claudat, te-
gendum semper, ut tam aër, quam pulvis
ac atomi in eo versantes solicite arceantur
& excludantur.

Hac ratione continua, donec tractu tem-
poris, cui quandoq; vix semestre spatium suf-
ficit, sal omnes tres illas olei partes imbiberit,
ac tota salis massa, oleo inseparabiliter com-
binata in candidum mutata cremorem, de-

PL.

num in liquorem transierit, à quo in aquam aut liquorem alium qualemcumque instillato ne gry quidem aut vestigium olei aut oleositatis ejusdam supernatet aut appareat, qui tum Correctoris universalis nomine meritò venit.

Hoc facto Opii Thebaici (si haberi possit) purissimi ac synceri, si minus optimæ notæ modo subsequenti sollicitè depurandi ac rursus inspissandi, quantum lubet, in particulas minutissimas discepti, recipe. Solve illud aquâ fontanâ purissimâ, aut pluvia destillatâ solum, per manicam Hippocratis densam, aut chartam emporeticam trajice, quò ab omni impuritate alienâ liberetur, colatum exhalando inspissa & quadantenus sicca, cui postmodum rursus comminuto, duplum ponderis, assumti opii ratione, Hellebore albi, subtilissimè pulverisati, partitum adde, ac accurate subigendo & quasi dependo impasta, identidem correctoris prædicti portionem affundendo, ac Hellebore pulverem addendo, donec in massam pilulis formandis aptam justæ consistentiæ redactum fuerit.

Massam hanc cultello in lamellas tenuissimas sectam patinæ capaci, operculo congruo, ne quid alieni illabatur, tegendæ impone ac super calore convenienti sicca, siccatam rursus correctore prædicto irora, ac pistillo despœ, denuoque compactam in lamellas discerpe, irriga, sicca, conpinge ac discerpe, idque toties iterando continua, donec massa inde resultans duplo specierum assumtorum pondus superet ac præpondere, tum oleo terebinthinæ illam ulterius injustam consistentiam perfice, sicque absolute & perfecta tres minimum quiescat hebdomadas antequam in usum vocetur.

Nota; Hæc genuina est pilularum supra dictarum descriptio à Domino Doctore Kendall, Londinensi, ex communicatione ipsius Doctoris Starkey Anglicâ lingua editâ, typis expressâ, & ab eodem Doctore Starkey ipso annexo testimonio munita & pro suâ ac genuinâ agnitiâ, repudiata altâ, à Mattheo quodam, Chymiste indocti titulo se ipsum notante, divulgata spuriâ. Si cui Hellebore albi putvis forte sit suspectus, à quo tamen Doctore

PL.

Starkey & Stendal afferentibus virtutis medicamenti potissima pendere dicitur, huic nigrum Elleborum substituere, imo etiam pulveris radicum liquiritie mangonium, lucri augendi causa à Mattheo prædicto additum, admiscone libuerit, ci per nos liceat, num autem efficaciores hac ratione aut tutiores future, effetus sub circumspetâ administratione docebit.

PILULÆ DE STYRACE.

℞. Styracis Calamitæ, drachmas duas.

Succi Glycyrrhizæ depurati, drachmam unam semis.

Ladanij,
Myrrhæ,
Olibani optimi,
Opii Aquâ destillatâ depurati & inspissati,
Extracti Croci, ana drachmam unam.

Cum Syrupo Papaveris albi, quantum sufficit, fiat lege artis Massa.

PILULÆ DE SUCCINO CRATONIS.

℞. Agarici recenter trochiscati, drachmam unam semis.

Aloës Succotrinæ, drachmas quinque.

Aristolochiæ rotundæ veræ, drachmam semis.

Masticæ electæ, Succini præparati, ana drachmam duas.

Cum Syrupo de Betonicâ fiat Massa.

○ PILULÆ DE TARTARO QVERCETANI.

℞. Radicum Asari, Turbith gummosi electi, Ellebori nigri, ana unciam semis.

Herbe

RI.

Herbæ fumariae,
Scolopondrii, ana manipulum unum.

Florum Borraginis,
Buglossi, ana manipulum semis.

Epithymi Cretici,
Seminis Genistæ, ana unciam semis.

Foliorum Senæ Orientalis ele-
ctorum, uncias duas.

Follicolorum ejusdem, unciam unam.

Passularum minorum, unciam unam semis.

Scissis scindendis, tuisis crassè contundendis,

Affunde succi pomorum acido dulcium, libram unam.

Aqua fontanæ puræ, quantita-
tem sufficientem.

Tum vase idoneo probè clauso, Balnei Maris calore leni digere quatriduum. Tandem coque, & ab igne adhuc servens decoctum cola, cum aliquali expressione. Brodio hoc colato & ad aliqualem consistentiam mellis liquidi inspissato,

Aloës depuratæ uncias quatuor commisce; Mixtis probè, inspissamento huic porrò junge,

Styracis calamitæ, unciam semis.

Myrrhæ rubræ vino calente dis- temperatae & colatae.

Pulveris Macis, Cinnamomi electi,

AVI Caryophyllorum, ana unciam semis.

Specierum diarrhodon Abbatis, Lætificantium Rhasis,

Trochiscorum de Laccâ, ana drachmam unam,

PL.

Salis Fraxini, Absinthii, ana drachmas duas.

Crystallorum aut Cremonis Tar- tari albi, uncias tres. Essentia Croci, scrupulos duos.

Tandem omnia probè mixta ad consistentiam massæ pilularis exhalando lento calore densa, de quâ, pro re natâ, & ex præscripto Medici pilulas efforma.

Nota: Pilule he de Tartaro, Quercetani denominata à D. Sennerto quondam reformatæ, à Dominis Augustanis inter minus usitatæ relate, licet ratione compositionis & ingredientium mira farraginis satis confusa, omni mendâ non ca- reant, cum tamen usuales esse dicantur, ac sepius à quibusdam expertantur, ideo hic quoque inferenda fuerunt.

○ PILULÆ TARTAREÆ.

R. Aloës succotrinæ, succo frago- rum nutritæ, unciam unam.

Gummi Ammoniaci in granis, aut saltem depurati, drachmas tres.

Salis Martis subdulcis, secundum Schröderum cum aceto de- stillato parati, aut ejus defectu Vitrioli saltem Martis ritè pa- rati & unâ alterâve solutione & crystallisatione depurati.

Essentia Croci Orientalis, ana drachmam unam.

Terræ foliatæ Tartari, aut Tar- tari saltem Tartarisati, dra- chmas duas.

Extracti radicum Gentianæ, dra- chmam unam semis.

Cum Tartari Tinctorâ paretur Massa.

PILULÆ DE TEREBIN- THINA.

R. Terebinthina Venetæ, ad con- sisten-

PO.

sistentiam cum Aquâ Rosa-
rum coctæ, unciam unam.

Rhabarbari electi, drachmam
unam.

Succini præparati,
Masticæ electæ,

Olibani, ana drachmam semis.

Boli Armenæ, drachmam unam.

Cum sufficienti quantitate Tere-
binthinæ Venetæ fiat pilularum
massa.

PILULÆ WILDEGANSI.

¶. Opii Thebaici optimæ notæ,
aquâ simplici aut pluviâ so-
luti, colati ac ad justam consi-
stentiam rursus inspissati &
siccati, unciam unam.

Aloës succotrinæ,

Myrrhæ rubræ,

Croci optimi,

Trochisorum de Viperâ, ana
drachmam unam.

Panaceæ Glauberianæ, vel hujus
defectu Sulphuris Antimo-
nii aurati fixi,

Cinnabaris nativæ optimè præ-
paratæ, drachmam unam
semis.

Auri fulminantis, drachmam
unam.

Misce fiant lege artis pilulæ ciceris
magnitudine.

*Nota; Qui lane quondam fuerat in Silesia
Carpor, post lucri majoris spe operariis
in laboratorio chymico Pharmacopæi cu-
jusdam, nî fallor, Wratislaviensis ali-
quamdiu munere functus, ac aliqualem
laborum quorundam Chymicorum noti-
tiam nactus, occasione Panaceæ per uni-
versam Europam penè à Glaubero illo fa-
moso decantata, cuius arcanum illustris
quidam Polonie Dux Lesnenensis, archi-
tidi obnoxius, enormi pretio ab illo rede-*

POI

merat, ac operario, qui illi elaborando
aptus fit, indigens, hunc in finem Les-
nam evocatus, post anni unius aut alte-
rius continuato laborandi exercitio, sub-
peditatis à Patrono illo suo Magno, Chy-
mie amatore insigni, processibus in Chy-
micum aliqualem evasit, & Empyricum;
tandem barum pilularum strukturam
compilavit, illarumque mercimonio per
universam ferè Europam famam sibi
comparavit & opes non afferandas.

o POMUM AMBRÆ.

Aliptæ Moschatæ,
Galliaæ Moschatæ,
Benzoës,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Ladani,
Santali Citrini,
Styracis Calamitæ,
liquidi, ana drachmas
duas.

Cyperi rotundi,

Gummi Elemi,

Ireos Florentinæ,

Ligni Aloës,

Rhodii

Macis,

Majoranæ,

Mucis Moschatæ,

Rorismarini,

Rosarum rubrarum, ana dra-
chmam unam.

Cum mucilagine Tragacanthi aquâ Ro-
sarum fragrantissimâ paratâ, fiat Massa.

Cui pro lubitu ditionibus, Ambra, Mo-
schus & Zibethum addi potest.

PRUNA LAXATIVA.

¶. Prunorum Damascenorum aut
Hungaricorum libram
unam.

Coquantur in brodio laxativo supra p.
128. b. descripto loco passularum pruna
sub-

PU.

Substituendo, & habebis usus usualia hactenus
pruna laxativa.

*Nota: Alii majori quidem apparatu eadem
parant.*

¶. Foliorum Senæ Alexandrinæ se-
lectorum uncias quatuor.

Salis Tartari albissimi, drachmam
unam.

Infundantur in Aquæ Borraginis & Vio-
larum purpurearum ferventis, quantum suffi-
citur, stent loco calido per noctem, manè
ebullient leniter & eolentur cum expressio-
ne aliquali, Colatura clarificata adde

Syripi rosarum solutivi, un-
cias sex.

Mannæ depuratæ, uncias duas.
Coquantur rursus, additis prunorum e-
nucleatorum & per noctem Vino Rheno-
no aut Gallico alisperorum numero trigin-
ta, leniter bullientibus, sub finem tandem
adde Aquæ Cinamomi unciam semis & ser-
va pro usu; Res verò ipsa eodem recidit.

PULVIS ALEXIPHAR- MACUS.

¶. Crystallorum Nitri purissimarum
Florum sulphuris,
Myrræ rubræ electæ, ana uncias
duas.

Singula seorsim contusa misce
fiat pulvis subtilissimus.

PULVIS ANODINUS CON- FORTANS.

¶. Coralliorum rubrorum præpa-
ratorum,

Matris perlarum præparatæ, ana
unciam semis.

Cinnabaris nativæ præparatæ
Transylvanicæ, drachmam
unam.

Extracti Opii, drachmas duas.

Croci, drachmam unam.

Santali rubri subtilissimæ scobis,

PU.

Sanguinis Draconis finissimi præ-
parati, ana drachmam
semis.

Misce fiat omnium pulvis subtilis-
simus.

o PULVIS ANTATROPHI- CUS.

¶. Fuliginis splendentis, unciam
unam.

Radicis Iridis Florentinæ, un-
ciam semis.

Ari præparatæ,
Antimonii diaphoretici Jovialis,
Martialis,
Lapidum Cancrorum, præpara-
torum, ana drachmas
duas.

Sacchari Candi albi, uncias tres.
Misce fiat omnium pulvis subtilis-
simus.

o PULVIS ANTINEPHRI- TICUS.

¶. Lapidis Judaici præparati,
porcarum è ventricu-
lis, præparati,

Oculorum cancri præparato-
rum, ana unciam semis.

Matris perlarum præparatæ, dra-
chmam unam.

Succini albi præparati,
Lapidis Bezoardici occidentalis,
ana drachmam semis.

Olei destillati petroselini, gut-
tas tres.

Misce fiat pulvis subtilissimus.

o PULVIS ANTISCORBUTICUS.

¶. Radicum Acori veri,
Ari,
Gentianæ,
Polypodii Querni, ana
drachmam unam.

PUL.

Herbarum Absinthii,
Chamædryos,
Fumariæ,
Ruta,
Scordii, ana drachmas
duas.
Trifolii palustris, dra-
chmas sex.

Baccarum Juniperi,
Lauri,
Seminis Cochleariæ, ana dra-
chmam unam cum
semisse.
Sinapi, unciam semis.
Aloës succotrinæ,
Myrrhæ selectæ, ana drachmam
unam.
Zingiberis albi, drachmam unam
semis.
Misce, fiat omnium pulvis subtilis-
simus.

○ PULVIS APOPLECTICUS.

Radicum Doronici veri, unciam
unam.
Pœoniæ, justo tempo-
re collectarum, dra-
chmas duas.

Seminis Anisi,
Coriandri,
Cubebarum, ana dra-
chmas duas.
Cardamomi minoris,
Ligni Aloës ponderosi, ana dra-
chmas tres.
Nucis Myristicæ,
Succini albi electi, ana unciam
semis.

Caryophyllorum, drachmam u-
nam semis.
Ambræ gryseæ, cum

PUL.

Seminis Citri decorticari, ana
scrupulo uno, subactæ.
Sacchari perlati, unciam unam
semis.
Misce fiat pulvis subtilissimus, irro-
randus olei stillatitii Cinnamomi
guttis decem.

○ PULVIS BEZOARDICUS
ANGLICUS SEU COMITISSÆ
de CANTH, aut GASCONII.

Apicum nigrorum chelarum
cancrorum marinorum, justo
tempore, mense nimirum Ju-
nio, Sole & Lunâ in cancro
versantibus captorum.

Radicum Contrayervæ, ana un-
cias duas.
Margaritarum præparatarum,
Coralliorum rubrorum præpa-
ratorum,
alborum præpara-
torum,

Oculorum eancrorum fluvia-
tium, cum succo limonum
præparatorum.

Cornu Cervi ad candorem sum-
mum calcinati & cum succo
Citri & Spiritu Vitrioli im-
prægnati, ana unciam unam.
Lapidis Bezoar Orientalis, ge-
nuini.

Terræ Lemniæ Veræ, ana un-
ciam semis.

Antimonii diaphoretici Reguli-
ni, uncias duas.

Ambræ gryseæ, drachmam unam
semis.

Omnia in pollinem subtilissimum reda-
cta, misceantur exactissimè & cum gelati-
na exuviarum Viperinarum & Cornu Cer-
vi Aqua Carduibenedicti parata, & pau-
xillo Croci tincta, iterato, quod sèpèr eò
meliùs

BORUSSO-BRANDENBURGICUM. 141

PU.

meliūs imbibantur, subigantur & in globulos parvos compacta sollicitè siccantur.

Nota: Qui illud, juxta primum illius Autorem aut propalatorem, utpote qui illud, si Maxvello credimus, tercentum libris Anglicis Episcopo Vigornie vendidit, Gasconium, ex prescripto dicti Maxwellii, reprobrata Radice Contrayerva, Coralliis albis, oculis cancri & Gelatinâ Cornu Cervi parare voluerit, buis liberum esto, in pretio & virtute vix discrimen deprehensurus.

○ PULVIS BEZOARDICUS CAMPHORATUS. D. Weisii p. m.

℞. Lapidis prunellæ purissimi.
Florum Sulphuris Myrrhatorum,
i. e. cum Croco & Myrrhâ sublimatorum.

Antimonii diaphoretici, ana unciam semis.

Camphoræ optimæ, drachmas duas.

Lapidis Bezoar orientalis drachmam semis.

Misce fiat pulvis subtilissimus, cui adde Foliorum auri obryzi numero tria.

○ PULVIS BEZOARDICUS COMMUNIS.

℞. Radicum Angelicæ,
Gentianæ,
Petasitidis,
Zedoariæ, ana drachmam semis.

Diptamni albi,
Tormentillæ,

Boli Armenæ,

Terræ Sigillatæ Strigensis, ana drachmas sex.

Coralliorum rubrorum præparatorum,

Cornu Cervi usci & præparati,
Corticum Citri extimorum,

PU.

Rasuræ Eboris subtilissimæ,
Succini albi præparati, ana drachmam semis.

Misce fiat omnium pulvis subtilissimus.

○ PULVIS BEZOARDICUS SENNERTI.

℞. Cornu Cervi usci & præparati,
drachmam unam semis.

Coralliorum rubrorum præparatorum,

Lapidis Bezoar Orientalis,
Margaritarum præparatarum,
aut Matris saltem perlarum,
præparatæ,

Oculorum cancri præparatorū,
Succini præparati,

Terræ sigillatæ præparatæ, ana scrupulum unum.

Ossis de Corde Cervi præparati,
Hyacinthorum præparatorum,

Rubini præparati,
Sapphiri præparatæ,

Smaragdorum præparatorum,
ana scrupulum semis.

Foliorum Auri, numero trium.

Misce, fiat omnium pulvis subtilissimus.

○ PULVIS CACHECTICUS QVERCETANI.

℞. Chalybis limaturæ aquâ pluvia
sæpius irroratæ & exsiccatæ
sicque in pulverem subtilissimum redactæ aut cum sulphure calcinatæ, unciam unam.

Fœcularum radicum Ari, drachmam unam semis.

Coralliorum rubrorum præparatorum,

Matris perlarum præparatæ, ana drachmas duas.

N n

Cornu

PU.

Cornu Cervi philosophicè præparati,
Succini præparati,
Cinnamomi, ana scrupulos quatuor.

Sacchari ad pondus omnium
aut uncias circiter duas, &
drachmas duas.

*Nota; Ambram, cuius drachma una semis
alias secundum Authorem bunc pulve-
rem ingreditur, utut medicamentum
egregie nobilitantem, quo & pauperibus
administrari possit, omittendam & pro-
ditionibus, qui que odorem ejus ferre pos-
sunt, pro arbitrio Medici dosis propor-
natâ adjiciendam, censuimus.*

PULVIS CARMINATIVUS.

R. Seminis Carvi,
Cumini, ana libram se-
mis.

Zinziberis albi, unciam unam.
Croci, drachmam unam.
Misce, fiat pulvis subtilissimus.

o PULVIS COMITIS de WAR-
WICH. Alias CORNACHINUS.

R. Antimonii diaphoretici, unciam
unam semis.

Cremoris Tartari Crystallini,
unciam semis.

Diagrydii sulphurati, uncias
duas, cum drachmis duabus.

Misce, fiat pulvis tenuissimus.

*Nota; Dicitur alias hic pulvis Cornachinus,
ab Autore Marco Cornachino Professore
Pisano, qui in methodo in bunc pulve-
rem monet, extempore illum potius pro
Arbitrio Medici & exigentia agri, va-
riata nonnunquam ingredientium pro-
portione parandum.*

PULVIS CONTRA ABOR- TUM.

R. Granorum kermes, drachmam
unam.

PU.

Radicum Tormentillæ,
Rasuræ Eboris,
Santali rubri, ana drachmam se-
mis.

Coralliorum alborum,
rubrorum præpa-
ratorum,

Caryophyllorum,
Foliorum Rosarum rubrarum,
Margaritarum præparatarum,
Masticæ, ana scrupulum unum.
Nucistæ, scrupulos duos.
Sacchari perlati, drachmas tres.
Misce, fiat pulvis.

o PULVIS CONTRA CAL- CULUM.

R. Seminis Saxifragiæ albæ, unciam
unam.

Anethi,
Anisi,
Cardamomi minoris ex-
corticati,

Carvi,
Fœniculi,
Milii Solis,
Petroselini,
Raphani,

Macis, ana unciam semis.

Acinorum Cynosbati,
Halycacabi, seu Alke-
kengi.

Lapidum Percarum præparato-
rum,

Porcorum è Ventricu-
lis,

Mandibularum Lucii præpara-
tarum,

Oculorum Cancrorum præpa-
ratorum, ana unciam unam.

Misce fiat omnium pulvis subtilis-
simus.

PUL-

PU.

PULVIS CONTRA CASUM.

- ¶ Boli Armenæ præparatæ,
- Lapidis Hæmatitæ præparati,
- Sanguinis Draconis præparati,
- Hirci præparati,
- Mumiæ transmarinæ præparatæ,
- Oculorum Cancri præparatorū,
- ana drachmas duas.
- Spermatis Ceti , drachmam u-
- nam.
- Rhabarbari electi , drachmam
- semis.
- Misce fiat pulvis.

PULVIS CONTRA COLI-
CAM.

- ¶ Corticum Aurantiorum recens
- siccatorum, unciam unam.
- Baccarum Lauri,
- Seminis Carvi,
- Cumini, ana unciam se-
- mis.
- Galangæ,
- Zedoariæ, ana drachmas tres.
- Calami Aromatici,
- Caryophyllorum,
- Cinnamomi acuti, ana drachmas
- duas.
- Misce redigantur in pollinem tenu-
- issimum.

o PULVIS CONTRA FEBRES.

- ¶ Herbæ Carduibenedicti,
- Scordii, ana unciam unam.
- Radicum Gentianæ,
- Galangæ,
- Matris perlarum præparatæ,
- Oculorum Cancri præparatorū,
- Salis Absinthii,
- Calami aromatici, ana un-
- ciā semis.
- Misce fiat pulvis.

PU.

o PULVIS CONTRA PAL-
PITATIONEM CORDIS.

- ¶ Specierum pro Confectione de
- Hyacintho,
- Specifici Cephalici D.M.
- Pulveris Cordialis pretiosi,
- Succini præparati, ana drachmā
- unam.
- Eboris præparati, scrupulos duos.
- Theriacæ Cœlestis , scrupulum
- semis.
- Laudani opiat grana quinque.
- Mista redigantur in pulverem sub-
- tilissimum.

o PULVIS CONTRA PHTHI-
SIN HALY.

- ¶ Seminis Altheæ,
- Cucumeris decorticati,
- Cucurbitæ nostratis de-
- corticati,
- Cydoniorum mundati,
- Malvæ,
- Melonum decorticati,
- Portulacæ , ana dra-
- chmas duas cum se-
- misce.
- Papaveris albi , dra-
- chmas sex.

Amyli,

Gummi Arabici,

Tragacanthi,

Rasuræ Eboris,

radicum Liquiritiæ, ana

drachmam unam

semis.

Sacchari penidii ad pondus o-

mniū.

Misce fiat pulvis tenuissimus.

Ad præcavendum à diutinâ asservatione

rancorem, extempore hunc purandum qui-

dam suadent, cum tamen moram casus su-

bitanei regurgitantis sanguinis vix ferant.

N n 2

o PUL-

Pu.
 o PULVIS CONTRA TER-
ROREM GRAVIDARVM.
 & Radicum & seminis Pœniæ justo
tempore collectorum, ana
drachmam unam.
 Serpentariae, scrupulum u-
num.
 Iridis Florentinæ,
 Cornu Cervi sine igne præpara-
ti, ana drachmam semis.
 Alcis, perinde parati,
 Coralliorum rubrorum præpa-
ratorum drachmam semis.
 Margaritarum orientalium præ-
paratarum,
 Succini albi præparati, ana scrupu-
lum unum.
 Smaragdorum præparatorum,
 grana quindecim.
 Visci quercini,
 Granorum Chermes electorum,
 ana drachmam semis.
 Sacchari albissimi, drachmas
 duas.
 Calami aromatici, grana quin-
 que.
 Ossis de Corde Cervi, scrupu-
 lum semis.
 Misce fiat pulvis subtilissimus, cui
 adde Foliorum Auri optimi
 numero tria.

o PULVIS CONTRA VARIO-
LAS & MORBILLOS.
 & Cornu Cervi præparati, unciam
 semis.
 Seminis Citri excorticari & sic-
 cati,
 Napi, ana drachmas
 duas.
 Radicum Diptamni albi,
 Zedoariæ,

PU.
 Succini albi præparati,
 Coralliorum rubrorum præpa-
ratorum,
 Terræ sigillatæ, ana drachmam
 unam.
 Spodii præparati,
 Ligni Aloës,
 Rosarum rubrarum, ana dra-
 chmam semis.
 Camphoræ,
 Croci orientalis optimi, ana scru-
 pulum unum.
 Foliorum Auri purissimi, nume-
 ro decem.
 PULVIS CONTRA VERMES.
 & Seminis Cinæ, unciam unam.
 Corallinæ, unciam semis.
 Mercurii dulcis optimè præpa-
 rati,
 Rasuræ Cornu Cervi subtilissimæ.
 Turbith gummosi, ana drachmas
 duas.
 Myrrhæ electæ, drachmam unam
 Mixta redigantur in pollinem sub-
 tillissimum.
 PULVIS CORDIALIS COM-
MUNIS CUM ZEDOARIA.
 & Cornu Cervi præparati, dra-
 chmas sex.
 Alcis præparati,
 Coralliorum alborum præpara-
 torum,
 Matris Perlarum præparatæ,
 Oculorum Cancri præparato-
 rum,
 Ossis de Corde Cervi præparati,
 Succini albi præparati,
 Talorum Leporis, ana drachmas
 duas.
 Terræ sigillatæ Strigenfis,
 Radicum

BORUSSO-BRANDENBURGICUM. 145

PU.

Radicum Zedoariæ selectarum,
ana drachmam unam.

Foliorum auri, numero decem.
Misce, fiat pulvis.

Prætermis sâ Zedoariæ radice pro-
stat quoque sub titulo.

**PULVERIS CORDIALIS COM-
MVNIS SINE ZEDOARIA.**

**PULVIS CORDIALIS PRO
PAUPERIBUS.**

¶ Coralliorum alborum præpara-
torum,

Cornu Cervi præparati, ana un-
ciam semis.

Oculorum Cancri præparato-
rum, unciam unam.

Terræ sigillatæ Strigensis, dra-
chmam unam.

Foliorum Auri fini, numero
quinque.

Misce fiat pulvis.

○ **PULVIS CORDIALIS PRE-
TIOVS AUDIT SINE ZEDOARIA.**

¶ Cornu Alcis præparati, drachmas
sex.

Cervi præparati,
Coralliorum alborum præpara-
torum,

Hyacinthorum præparatorum,
Margaritarum Orientalium præ-
paratarum,

Oculorum cancri præparatorū,
Ossis de Corde Cervi præparati,
Radicum Zedoariæ selectarum,

Succini albi præparati,
Talorum Leporis præparato-

rum, ana drachmas duas.

Terræ sigillatæ Strigensis,
Unicornu Veri, ana drachmam
unam.

PU.

Foliorum Auri obryzi, numero
viginti.

Misce ac in pulverem subtilissimum
redige.

Demtâ Zedoariæ radice

○ **PULVIS CORDIALIS PRE-
TIOVS AUDIT SINE ZEDOARIA.**

○ **PULVIS DENTIFRICIUS
CUM MOSCHO.**

¶ Coralliorum rubrorum præpa-
ratorum, drachmam unam.

Cornu Cervi præparati, unciam
semis.

Gummi Laccæ selectæ,
Sarcocollæ, ana drachmam
semis.

Ossis sepiæ præparati, drachmas
tres.

Ostiocollæ præparatæ,
Pulveris radicum Iridis Floren-
tinæ, ana unciam unam.

Ambræ gryseæ,
Moschi, ana grana quinque.

Misce fiat pulvis tenuis.

**PULVIS DENTIFRICIUS
SINE MOSCHO.**

Ambrâ & moscho omissis para-
tur.

PULVIS DYSENTERICUS.

¶ Radicum Acori vulgaris, dra-
chmam unam.

Bistortæ, unciam unam.

Tormentillæ, unciam
unam semis.

Seminis Acetosæ,
Plantaginis, ana dra-
chmas tres.

Lapathi acuti, drachmas
duas.

Nucis Moschatæ,
Boli Armenæ præparatæ,

○ o Cornu

PU.

Cornu Cervi usci, ana unciam unam.

Coralliorum rubrorum præparatorum,

Sanguinis Draconis præparati,
Terræ sigillatae Silesiacæ, ana unciam semis.

Croci Martis astringentis,
Priapi Cervi, ana drachmam unam.

Misce ac in pulverem tenuissimum comminue.

o PULVIS EPATICUS RUBER DRESDENSIS.

R. Cremoris Tartari vel Crystallo-
rum ejus purissimorum quan-
tum placet,
irrorandi Tincturâ ligni Santa-
li rubri Spiritu Vini Rectifica-
to, modico Spiritus Vitrioli
imprægnato extractâ
quantum sufficit, ut fiat instar
pultis,

Qui leni calore siccandus & in pol-
linem subtilissimum lœvigandus.

PULVIS EPATICUS ALIUS.

R. Cremoris Tartari, libram unam.
Pulveris florum rosarum rubra-
rum selectarum, cum
Spiritu Vitrioli sollicitè tritarum
libram semis.

Foliorum Auri obryzi numero
quatuor.

Misce exactè, ut fiat pulvis subti-
llissimus.

PULVIS EPILEPTICUS OF-
FICIALIS.

R. Coralliorum rubrorum præ-
paratorum,
Cranii humani non humati,

PU.

Matris perlarum præparatæ, ana
drachmas duas.

Cornu Cervi, sine igne præpara-
ti, drachmas tres,

Radicum Pœoniæ Maris, justo
tempore collectarum, unciam
unam.

Seminis Pœoniæ, drachmas duas.

Visci Querni,
Sacchari albissimi, ana unciam
semis.

Foliorum Auri purissimi, nume-
ro quinque.

Misce fiat pulvis.

PULVIS EPILEPTICUS MAR-
CHONIS.

R. Apicum Cornu Cervi præpara-
torum,

Coralliorum alborum,
rubrorum præpa-
ratorum,

Margaritarum præparatarum,

Rasuræ Eboris subtilissimæ,

Spodii,
Visci Querni, aut, si adsit, Cory-
lini potius,

Ungulæ Alcis,
Unicornu Veri, ana drachmam
unam.

Radicum Pœoniæ maris, justo
tempore, decrescente nimi-
rum Lunâ, collectarum un-
ciam semis.

Foliorum Auri numero viginti.

Misce fiat omnium pulvis impal-
pabilis.

PULVIS PRO FUMO COM-
MVNIS.

R. Mastiches,
Myrrhæ,
Olibani,

Suc-

BORUSSO-BRANDENBURGICUM. 147

PU.

Succini flavi,
Baccarum Juniperi, ana unciam
unam.

Misce fiat omnium pulvis grossus.

o PULVIS PRO FUMO CON-
TRA DEFUXIONES.

R. Baccarum Juniperi, unciam se-
mis.

Florum Anthos,
Rosarum rubrarum,
Summitatum Sabinæ, ana mani-
pulum semis.

Gummi Benzoës drachmas duas.
Mastiche,
Olibani, unciam unam.
Storacis Calamitæ, dra-
chmas duas.

Sandaracæ,
Succini flavi, ana unciam
semis.

Tacamahaca,
Nucis Moschatæ, ana drachmas
duas.

Misce, fiat pulvis grossus.

o PULVIS PRO FUMO
OPTIMVS.

R. Baccarum Juniperi,
Olibani, ana uncias
quatuor.

Gummi Benzoës,
Storacis Calamitæ, ana
unciam semis.

Ladani depurati, drachmas
quinque.

Caryophyllorum,
Ligni Rhodii,
Santali albi,

Citrini, ana dra-
chmas duas.

Florum Lavendulæ, manipulum
unum.

PU.

Rosarum rubrarum, ma-
nipulos duos.

Stœchados Arabicæ, drachmas
duas.

Misce, fiat pulvis.

o PULVIS PRO FUMO CON-
TRA PESTEM.

R. Baccarum Juniperi,
Gummi Benzoës,
Ladani,
Mastiche,
Olibani,
Styracis Calamitæ, ana
unciam unam.

Caryophyllorum,
Cinnamomi acuti,
Santali Citrini, ana drachmas
duas.

Succini flavi, unciam semis.
Camphoræ, drachmam unam.
Florum Sulphuris Myrrhatorum,
drachmam semis.

Misce, fiat pulvis.

PULVIS GALACTOPOEUS.

R. Seminis anisi mundati,
fœniculi, ana unciam
unam.

Lactis Lunæ,
Crystalli montanæ præparatæ,
Lumbricorum terrestrium præ-
paratorum, ana drachmas
duas.

Oculorum Cancri præparato-
rum,
Matris perlarum præparatæ, ana
drachmam semis.

Sacchari Canariensis, uncias duas
Olei stillatitii fœniculi, guttas
decem.

Misce fiat pulvis subtilissimus.

O o 2

PUL-

- pu.
- PULVIS HYPOCHONDRI-**
ACUS LAXATIVUS.
℞. Radicum liquiritiae,
Polypodii Querni, ana
drachmam unam.
Rhabarbari electi, drachmas
duas.
Senæ Alexandrinae selectæ, dra-
chmas sex.
Turbith Gummosi, unciam se-
mis.
Tartari Tartarisati,
Seminis Anisi,
Fœniculi, ana drachmam
unam.
Cinnamomi acuti, drachmam se-
mis.
Spicæ Indicæ, scrupulum semis.
Misce & in pulverem reduc tenuis-
fimum.
- **PULVIS HYSTERICUS AU-**
GUSTANORUM.
℞. Radicum Dictamni albi, dra-
chmas tres.
Zedoarice, drachmam
unam.
Corticum Citri siccatorum,
Seminis ejusdem, ana scrupulos
duos.
Fragmentorum lapidum quin-
que pretiosorum, præparato-
rum, ana grana duodecim.
Specierum diamargariti calidi,
drachmas duas.
Sacchari albi, unciam unam.
Misce & reducatur in pulverem
subtilem.
- **PULVIS LENITIVUS TAR-**
TARISATUS
℞. Cremoris Tartari,
Foliorum Senæ electorum, ana
unciam unam semis.
- pu.
- Cinnamomi acuti,
Seminis Anisi,
Fœniculi, ana scrupulos
quatuor.
Misce, fiat pulvis.
- **PULVIS MANTUANUS.**
- ℞. Radicum Anthoræ,
Contrayervæ,
Scorzoneræ,
Cornu Cervi præparati,
Coralliorum rubrorum, præpa-
ratorum,
Ungulæ Alcis præparatæ,
Unicornu veri, ana scrupulos
duos.
Lapidis Bezoar Occidentalis,
Orientalis,
Terræ sigillatæ Lemniæ, ana dra-
chmam unam.
Seminis Acetosæ,
Napi,
Smaragdorum præparatorum,
ana scrupulum unum.
Visci Querni, drachmam unam.
Sacchari albissimi, drachmas sex.
Misce fiat pulvis subtilissimus.
- PULVIS MULIERUM.**
- ℞. Baccarum Lauri,
Cinnamomi acuti,
Galangæ,
Nucis Moschatæ, ana unciam
unam semis.
Croci Orientalis, unciam unam.
Caryophyllorum,
Macis, ana drachmas sex.
Zedoarie, unciam semis.
Zinziberis,
Seminis Carvi,
Pastinacæ, ana uncias tres.
Misce fiat omnium pulvis subtilis.
- PUL-

PU.

PULVIS PANNONICUS
RUBEUS.

R. Boli Armenæ, cum Aquâ Acetosæ & Rosarum ana præparatæ, uncias tres.

Coralliorum alborum præparatorum, drachmas sex.
rubrorum præparatorum,

Hyacinthi præparati,
Rubini præparati,
Sapphiri præparatæ,
Smaragdi præparati, ana unciam dimidiam.

Margaritarum præparatarum,
Spodii præparati, ana drachmas quinque.

Rasuræ Eboris, drachmas tres.

Seminis Acetosæ,
Cinnamomi electi, ana drachmas duas.

Caryophyllorum,
Croci Orientalis, ana drachmam unam.

Corticum Citri, extimarum,
Santali albi, ana drachmam unam semis.

rubri, drachmas duas.

Cornu Cervi philosophicè calcinati & præparati, unciam semis.

Foliorum Auri obryzi, quadraginta.

Nota: Que de abusu pretiosorum alijs notavimus, & hic & hinc inde alibi locum inveniunt.

PULVIS PARTURIENTIUM.

R. Cassiæ lignæ veræ,
Cinnamomi acutissimi, ana drachmas duas.

Borracis Venetæ,

PU.

Succini albi præparati, ana drachmam unam semis.

Croci Orientalis optimi, drachmam semis.

Misce fiat omnium pulvis subtilissimus irrorandus olei stillatii Cinnamomi guttis tribus.

Nota: Si hujus pulveris singulis dosibus, addatur epatis Anguille simul cum felle siccati, & in pulverem tenuissimum redacti, drachma semis, evadet remedium in partu difficulti primipare præsertim, ceteris paribus, expertissimum in haustu vini generosi datum. Idem etiam solitariè absque omni additamento, sed paulò largiori dose cum vino generoso propinatus, mira quodammodo præstat.

PULVIS AD PARTUM ALIUS.

R. Testium caballi sollicitè siccatorum & præparatorum, Borracis Venetæ, ana drachmas duas.

Croci orientalis, scrupulos duos.
Olei stillatitii cinnamomi guttas tres.

Misce fiat pulvis.

o PULVIS PECTORALIS.
R. Specierum Diaireos simplicis, Diatragacanthi frigidæ, ana unciam semis.

Liquiritiæ,
Pulmonis Vulpis, ana drachmas tres.

Boli Armenæ præparatæ,
Florum Sulphuris, ana drachmas duas.

Terræ Sigillatæ, drachmam unam semis.

Sacchari Candi albi,
Penidii, ana uncias tres.

Misce fiat Pulvis.

P p

Nota:

PU.

Nota; Saccharum Penedium cum à Saccharo communi non nisi tractandi modo differat, idque commodioris usus ergo pro infantibus precipue tantum ita paretur, qui cum Saccharo communi aut etiam Candi rubro commutare voluerit, vix à scopo aberrabit.

PULVIS PLEURITICUS.

℞. Rasuræ Dentis Aprini sine ustione præparatæ,
Mandibularum Lucii præparatarum, ana drachmas duas.
Lapidis percarum præparati,
Hæmatitæ præparati,
Oculorum Cancri præparatorū, Lucii præparatorum,
Osteocollæ præparatæ,
Talorum Leporis præparatorū,
Seminis Artemisiæ rubræ,
Carduibenedicti, ana drachmam unam.
Misce fiat pulvis subtilissimus.

PULVIS PRÆCIPITANS.

℞. Concharum marinorum præparatarum,
Matris Perlarum præparatæ,
Cornu Cervi præparati,
Oculorum Cancri præparatorum, ana unciam semis.
Antimonii diaphoretici, drachmam unam.
Ginnabaris nativæ præparatæ, drachmam semis.
Misce fiat pulvis subtilissimus.

○ PULVIS PRO INFANTIBUS RECENS NATIS.

℞. Coralliorum rubrorum præparatorum,
Margaritarum præparatarum,
Smaragdorum præparatorum,
Unicornu veri præparati, aut

PU.

subtilissimè tantum limati, ana scrupulum unum.
Radicum Pœoniæ Maris justo tempore collectarum,
Seminis Ejusdem, ana drachmam semis.

Visci Querni,
Succini albi præparati,
Cornu Alcis præparati,
Ungulæ ejusdem subtilissimè lævigatae, ana drachmam unam.
Foliorum Auri purissimi numero quatuor.

Fiat omnium pulvis subtilissimus.

PULVIS PUERORUM COMMUNIS.

℞. Radicum Iridis Florentinæ,
Pœoniæ,
Scorzoneræ, ana uncias duas.

Seminis Pœoniæ decorticati, unciam semis.

Croci, drachmas duas.

Sacchari Candi, uncias quatuor.
Misce in pulverem tenuissimum comminuta.

○ PULVIS PUERORUM COMPLETUS DICTUS.

℞. Radicum Iridis Florentinæ præparatarum,
Pœoniæ Maris justo tempore collectarum & præparatarum, ana uncias duas.

Cornu Cervi præparati,
Seminis Pœoniæ excorticati,
Smaragdorum præparatorum, ana drachmas duas.

Succini albi præparati,
Ungulæ Alcis præparatae, ana scrupulos quatuor.

Myr-

BORUSSO-BRANDENBURGICUM. 151

PU.

Myrrhæ electæ, scrupulos duos.
Sacchari Penidii, uncias quatuor.
Foliorum Auri, numero decem.
Misce fiat pulvis.

○ PULVIS PUERPERARUM.

℞. Pulveris mulierum supra descri-
pti, drachmas sex.
Baccarum Lauri,
Foliorum Melissæ,
Radicum Pimpinellæ, ana dra-
chmas duas.
Cinnamomi acuti,
Oculorum Cancri præparato-
rum,
Succini albi præparati, ana dra-
chmam unam.
Misce fiat pulvis subtilissimus.

PULVIS PURIFICANS.

℞. Florum sulphuris simplicium, un-
cias duas.
Antimonii diaphoretici non
edulcorati, unciam unam
semis.
Pulveris radicum Aristolochiæ
rotundæ, unciam unam.
Myrrhæ rubræ selectæ, unciam
semis.
Misce fiat pulvis subtilissimus.

○ PULVIS STEGNOTICUS D. GUTMANNI.

℞. Coralliorum rubrorum præpa-
ratorum, drachmas duas.
Lapidis Ætitæ præparati, dta-
chmam unam.
Carneoli præparati,
Hæmatitæ præparati,
Cornu Cervi usti & præparati,
Terræ sigillatae Lemniæ veræ
aut saltem Silesiacæ, ana dra-
chmam semis.

PU.

Misce fiat pulvis subtilissimus.
**PULVIS STERNUTATORIUS
COMMUNIS.**

℞. Foliorum Betonicae, drachmas
duas.

Majoranæ,
Nicotianæ, ana unciam
semis.
Pulegii,
Serpilli, ana drachmam
semis.

Radicum Hellebori albi,
nigri, ana
drachmam
unam.
Pyrethri, drachmam
semis.

Misce fiat pulvis.

○ PULVIS STERNUTATO- RIUS CUM MOSCHO & AMBRA.

℞. Foliorum Nicotianæ Virginianæ,
unciam unam.
Florum Liliorum convallium
ficcatorum, drachmas duas.
Ambræ gryseæ,
Moschi Alexandrini, ana grana
sex.

Olei ligni Rhodii, guttas quinque.
Misce fiat pulvis.

PULVIS STOMACHICUS QVERCETANI AVT BIRCKMAN- NI POTIVS.

℞. Radicum Ari, ad mentem Au-
thoris præparatarum,
uncias duas.

Acori vulgaris,
Pimpinellæ, ana unciam
unam.

Oculorum Cancri præparato-
rum, unciam semis.

152 DISPENSAT. REG. ET ELECTOR.

RA. RE.

Cinnamomi electi, drachmas
tres.

Salis absinthii,
Juniperi, ana drachinam u-
nam.

Sacchari rosati tabulati, quantum
sufficit, ut pulvis evadat gustui
gratus.

RADICES ARI PRÆPARATÆ CUM VINO.

*Nota; Radicum Ari preparatio fit, secun-
dum Quercetanum in Pharmacop. re-
sist. lib. I. cap. 20. de Trageis, tit. Pul-
vis ad omnes ventriculi affectus admirabilis. p. 138. Colligendo radices cum
dix germinare inceptiunt, mundatas opti-
mè ac lotas, in orbiculos cultello osseo
aut eburneo dissectas in vino generoso i-
teratis vicibus primo viginti quatuor
horas macerando, secundo duodecim,
novo singulis vicibus affuso vino, donec
vis earum recens eousque mitigata fue-
rit, ut lingue admota eam magis non
afficiat ac piper; tum in cibano post pa-
nem exemptum moderato calore ficcando
& in pulverem subtilissimum redigendo.*

**REGULUS ANTIMONII ME-
DICINALIS**, vide Febrisugum
D. Craan.

RESINA JALAPPÆ.

R. Pulveris radicum Jalappæ quantum vis,
affunde Spiritus Vini rectificatissimi, in
vitro commodo, ad eminentiam trium,
quatuor, pluriumve digitorum. Stent
vitro exactè clauso in digestione lenis
caloris sèpius movendo, donec spiritus
saturatè sit essentiâ radicum imbutus, dé-
ple tunc illum & aliud sed minori copiâ
affunde, digere, move, ut prius, donec
& ille satis tinctus, idque continua, do-
nec omnis è radicibus essentia aut tin-
ctura sit extracta, tandem omnes extra-
ctiones coniunge & è cucurbitâ humili,
imposito alembico & recipiente appli-
cato, juncturis probè clausis omnem Spi-
ritum Vini, simili labori idoneum bal-

RE. RO.

neò roris aut maris evoca, ac residuebit
in fundo cucurbitæ resina, super chartâ
oleo qualicunque aromatico parum im-
butâ in sole siccanda & à pulvere custo-
dienda. Aut, si mavis, abstractâ aliquo-
tâ Spiritus Vini parte frigida assundenda,
unde illa extractio lactescet, tum evoca-
to balneo maris Spiritu Vini reliquo,
residuum liquorem lacteum repone ali-
quantisper & quietum serva, sic resina à
liquore separata fundum petet, quæ de-
plete liquore, Aquâ Rosarum bis terve
eluenda siccanda & servanda.

*Nota; Si posteriori modo processeris, reli-
quum à separatione Resine, lento igne
inspissatum, extractum tibi dabit, Ja-
lappa virium non omnino expers.*

RESINA SCAMMONII.

E pulvere scammonii grosso eâ-
dem ratione fit quâ superior Ja-
lappæ.

ROB ACACIÆ NOSTRA- TIS.

R. Prunorum sylvestrium maturo-
rum, quantum vis.

Coquantur ad Mollitiem, pulpa per
cribrum trajiciatur cum aliquali expressio-
ne. Expressæ pulpæ libræ culibet dimi-
diā adde libram Sacchari, ac ad con-
stantiam rob igne moderato inspissa.

ROB BERBERUM.

Fit succum Berberum depura-
tum ad mellis consistentiam igne
moderato inspissando.

ROB CERASORUM.

Eodem fit modo. sic &

ROB CORNORUM.

R. Succi cornorum expressi colati,
& in sole aut super igne de-
purati, libras novem.

Coque igne moderato ad libra-
rum sex exhalationem, quod
relicuum vase Idoneo serva.

ROB

RO.

ROB CYNOSBATI.

Fit eodem, quo Rob de Cornis modo,
et succo fructuum Cynosbati maturorum
autumno collectorum.

ROB EBULI.

Ad instar rob Berberum est succo
baccarum Ebuli maturarum fit.

ROB JUNIPERINUM.

R. Baccarum Juniperi maturarum
recentium conquassatarum,
quantum placet.

Coquantur Aquæ communi sufficienter
donec mollescant, tum per setaceum co-
lentur, ac modicè exprimantur. Succus
inde natus ad consistentiam mellis calore
moderato inspissetur.

○ **ROB MORORUM CUM
MELLE.**

R. Succi Mororum nondum plene
maturorum expressi & per
residentiam depurati, libras
quinque.

Mellis Virginei despumati, li-
bram unam.

In cacabo terreo optimè vitreato redu-
catur leniter coquendo ad justam rob con-
sistentiam.

○ **ROB MORORUM CUM
SACCHARO SEU DIAMORON.**

R. Succi Mororum depurati, libras
quatuor.

Sacchari albi purissimi, libras
duas.

Coquantur, ut artis est, ad consi-
stentiam Rob.

○ **ROB NUCUM.**

R. Succi e corticibus viridibus nu-
cum Juglandium, Caniculari-
bus diebus expressi & per resi-
dentiam depurati, libras duas.

RO.

Mellis despumati, libram unam.
Coquantur ad consistentiam justā.

ROB RIBIUM.

E succo Ribium depurato para-
tur instar Rob Berberum.

ROB SAMBUCINUM.

R. Succi baccarum Sambuci maturarum,
quantum sufficit, igne moderato caven-
do Empyreuma coque ad justam consi-
stentiam.

ROB DE SPINA CERVINA.

Paratur aliorum modo est succo baccarum
maturarum spinæ cervinæ ad mellis consi-
stentiam inspissato.

○ **ROB VINI SEU SAPA.**

E succo fit uvarum maturarum genero-
sarum espresso, igne lento ad consistentiam
mellis spissam evaporando.

**ROTULÆ BECHICÆ
OPIATÆ.**

Sunt trochisci est succo Glycirthizæ corre-
cto parati, quem suo loco vide.

○ **ROTULÆ BERBERUM
EX SUCCO.**

R. Sacchari albissimi, libram unam.

In pulverem redactum in vase terreo vi-
treato leni admodum igne incalescat, cui
tum adde succi berberum per residentiam
optimè depurati, uncias tres, sicque absq;
omni coctione in consistentiam tabulati
reduc, ac in rotulas, ut artis est, effunde.

○ **ROTULÆ CEPHALICÆ.**

R. Specierum diarrhodon, dra-
chmam unam.

Pleris Achontici, dra-
chmam semis.

Extracti ligni Aloës, scrupulum
unum.

Ambræ gryseæ, scrupulum semis.
Succini albi præparati, drachmam
semis.

RO.

Cornu Cervi,

Alecis, sine igne præparati, scrupulos duos.

Olei Cinnamomi, guttas sex.

Sacchari albi, in aquâ rosarum & liliorum convallium soluti uncias sex.

Fiant lege artis rotulæ.

o ROTULÆ CONFECTIO-
NIS ALKERMES.

&. Confectionis Alkermes completa, drachmas duas.

Sacchari albi aqua Rosarum soluti, uncias quatuor.

Misce, fiant lege artis Rotulæ.

ROTULÆ DIAIREOS
SIMPLICIS.

&. Specierum Diaireos simplicis, unciam unam.

Sacchari albissimi, in sufficienti quantitate Aquæ Violarum soluti, & ad consistentiam tabulati ferè cocti, uncias octo.

Misce fiant artis lege rotulæ.

o ROTULÆ DIATRA-
GACANTHI FRIGIDI.

&. Specierum diatragacanthi frigidi, unciam semis.

Sacchari albi in quantitate sufficienti aquâ Rosarum soluti, & ad consistentiam tabulati coquendo redacti, uncias quatuor,

Misce ac artis lege fiant rotulæ.

o ROTULÆ LIBERANTIS.

E speciebus liberantis cum Sacchari oœtuplo Aquâ Cardui aut Ceraforum nigrorum soluto, & ad tabulati consistentiam perducto, secundum artem, eodem quo precedentes modo parantur.

RO.

ROTULÆ SACCHARI RO-
SATI SIMPLICES.

&. Sacchari albissimi, libram unam. Aquæ rosarum fragrantissimæ, quantum sufficit ad distemperandum igne lenissimo Saccharum & ad tabulati consistentiam brevissimâ super igne morâ redigendum, ac in rotulas effundendum.

Nota; Manuum Christi benedictum, gloriōsum & anime salutare nomen medicamentosatis equidem grato & agris accepto olim tributum superstitionem aliqualem sapit, hinc magis proprio & convenienti acquiescere tutius.

o ROTULÆ SACCHARI RO-
SATI PERLATÆ.

Saccharo, ut in simplicibus dictum, aquâ Rosarum fraganti soluto & ad tabulati consistentiam ex arte deducto, sub finem adde Margaritarum præparatarum, unciam semis.

Si cui libuerit antequam in rotulas effundantur olei stillatii Cinnamomi unam alteramve guttam addere, huic liceat, gratissimum ac cordiale medicamentum efficietur, dum modo in morbis calidis ab illo abstineat.

o ROTULÆ SACCHARI RO-
SATI CVM OLEO ANISI.

Eodem quo priores modo fiunt, è simplicibus, si sub finem, antequam in rotulas effundantur, pauculae olei stillaticii Anisi guttulae, tabulato saccharo instillentur.

ROTULÆ DE RHABAR-
BARO.

Ad instar morsulorum de Rhabaro fiunt, nisi quod loco tabularum in rotulas effundantur.

o SACCHARUM CANDI
VIOLARVM.

Cum succo Violarum, Saccharo dissoluto & ad cuticulam evaporanti sub finem addito, fit in loco frigido crystallisando.

SAC-

SA.

SACCHARUM PENIDIUM.

Saccharum ad consistentiam justam secundum artem coctum super tabulâ marmoreâ, oleo amygdalarum dulcium imbutâ, effusum donec èatenus refrigescat, ut Terebinthinæ densæ instar, manibus terfis & amylo sèpius aspersis super unco ferreo iterato & operose tractari ac filorum instar crassorum aut funium duci, tandemque postquam sufficienter refixerit ac candom rem contraxerit, in bacilos oblongos digitum circiter crassos contorquieri ac efformari possit.

**o SACCHARUM ROSATUM
TABVLATVM.**

R. Foliorum Rosarum rubrarum sollicitè siccatorum & in pulvrem redactorum, drachmas tres.

Irtorentur Spiritus Vitrioli guttis quindecim.

Sacchari albi aquâ Rosarum quantum requiritur distemperati & ad debitam tabulato consistentiam cocti, uncias sex.

Sub finem coctionis & inter tabulandum Rosarum prædictum & irroratum pulverem immiscendo, fiant secundum artem tabulæ aut rotulae.

**o SACCHARUM SATURNI
CRYSTALLISATVM.**

R. Minii aut Lithargyri quantum vis, affunde in vase commodo Aceti destillati acerimi, quantum sufficit, ad eminentiam quatuor ad minimum digitorum, digere in loco moderatè calido, sèpius initio præfertim materiam baculo aut spatulâ ligneâ, ne nimium concrescat, subruendo, per unum alterumve diem, donec acetum saturato flavescat; Interea cavendo ab odore exhalante, pulmonibus noxio (hinc in loco à continuo usu sequestrato laborem hunc fieri oportet) Sic acetum particulis Saturni Salinis in-

SA.

prægnabitur, atque mutato colore & sapore dulcescat & flavescat. Extractio nem aut solutionem potius, hanc decanta, ac novum acetum destillatum affunde, ut denuò aliquot digitos superemineat, ac donec dulcescat & flavescat dige, idque toties itera, novum acetum destillatum affundendo, donec non amplius coloretur aut dulcescat. Extractiones omnes conjunge ac acetum abstracte ad mellaginem, huic affunde aquam pluviam destillatam, solve, digere aliquantis per, donec fæces ad fundum sedent, clarum deple, & denuò recentem aquam residuo affunde, idque toties, donec omnis dulcedo soluta & extracta, fæcibus solùm nonnullis residuis; Extractiones has omnes, per chartam emporeticam colatas, evapora, & obtinebis sal in cellâ humidâ in liquorem resolubile. Quod denuò aceto destillato solvendum ac tres pluresve dies in cineribus calidis digerendum, sèpius de die moverido, tum demum filtrandum, ac evaporatione ad cuticulam factâ, in loco si igne crystallandum. Quod ut citius ac felicius fiat affuso Spiritu Vini rectificatissimo Crystallis, eas paululum digere & spiritum ad medietatem rursus abstracte, ac in longè nitidiores abibunt Crystallos.

SAL ABSINTHII.

R. Absinthii, aut integri, parùm, sed non omnimodè siccatai, sub dio aut camino coacervati, ac concremati; Aut etiam à destillatione Aquæ aut extractione Essentiæ & similiū reliqui, siccata atque cremati, Cineres albos, crucibulo impositos igne forti, ut totum undiq; candeat cum cineribus crucibulum, calcina, agitando inter calcinandum rudiculâ ferreâ cineres; tum affusa aquâ calidâ, & quidem crebris & iteratis affusionibus omnem acrimoniam eluc, ut fiat lixivium saturatum; Quod per Emporeticam aut Manicam Hippocratis colatum, & alie imdiu digestum igne mediocri exhalâ & in salem insipia. Quem rursus crucibulo commissum igne convenienti

SA.

ut totus rubeat, sed caye ne quid peregrini in crucibulum incidat, calcina, tum solve, filtra & ad cuticulam evapora, ac ad crystallisandum loco frigido repone, Crystallos inde natas exime forcipulâ lignea & Emporeticae imposita sicca, Reliquum denuò evapora ad cuticulam, crystallisa, sicque perge, donec cuticulam amplius contrahere recuset. Salem omnem repetitis Crystallisationibus collectum, si satis sit candidum serva, minus laborem hunc calcinationis, solutionis, evaporationis & crystallisationis itera, donec voto tuo respondeat.

Eadem norma reliquorum quoque vegetabilium quæ in catalogo sequuntur, salia paranda, paucis ; quorum peculiaris parandi modus sequitur, exceptis.

o SALIS ARMONIACI FLORES.

R. Salis Armoniaci probè triti, Limaturæ Chalybis, ana quantum vis.

Misce diligenter atque è cucurbita vitrea ex arenâ ignis gradu convenienti sublima : sic Sal Armoniacus, relictis in fundo facibus, Martis quibusdam particulis imprægnatus ascendit. Floribus hisce salis fusi, ana rursus misce ac denuò sublima, rejectis facibus. Tum pro floribus Salis Armoniaci serva. Jubent quidem nonnulli septies à Sale fuso sublimare, sed gratis, nec sine omni ut quantitatis, sic volatilitatis ac virtutum jaætura.

o SAL CINNAMOMI.

E reliquiis destillationum aut extractiōnum pretiosi hujus aromatis parare, cui volupe fuerit, poterit, modo in Sale Absinthii supra indicato.

o SAL CORALLIORUM.

Alcalinum Calcinatione, adeoque destructione excellentis hujus Naturæ doni, qui impetrare sibi persuaderit, falletur. Solutione aceto destillato acerrimo aut etiam spiritu æruginis simplici aut Zwelfferiano, magma quidem salinum acquiritur, solutio-

SA.

nibus & crystallisationibus ulteriùs in crystallos salinas perficiendum. Verum Salis Corallini nomine commode vix insignendum, utpote quod præcipias formæ suæ salinæ partes aceto aut menstruo cuicunque alii, solutioni exhibito, debeat

o SAL CORNU CERVI VOLETILE.

E Cervi Cornibus in segmenta medicaria dissectis, igne aperto retortâ capaci aut cucurbita terreæ vel ferreæ potius, capitulo terreo probè vitreato, rostro amplio instructo, ac recipiente capaci adaptato, juncturis optimè clausis, unâ cum spiritu & & oleo elicetur, quod aquæ modico, è retortæ vel alembici rostro ac à lateribus recipientis elotum chartâ bibulâ duplatâ ac humectata ab olei parte potiori segregatur. Rectificatione postmodum è cucurbita vitrea ex arenâ igne admodum leni à spiritu quoque ac phlegmate affuso, cineribus ossium calcinatorum saturato, & fortiori demum ab iisdem igne recuperando separatur, tandem encheiresi singulari, mediante nimirum spiritu Vini aut saltem frumenti rectificato, à reliquiis olei lequestrandum & ad puritatem desideratam & candorem gratum deducendum.

o SAL FEBRILE MYNSICHTI.

R. Florum Salis Armoniaci, Salis Nitri secundum Authorem præparati, i, e, Lapidis Prunellæ Spiritu Vitrioli & Vini ana soluti ac, abstracto ad cuticulam menstruo, crystallisati & siccati,

Absinthii,
Carduibenedicti, ana unicam unam.

Solvantur omnia in Aquâ Cichorii, & lege artis rursus in Crystallos redigantur.

o SAL.

SA.

○ SAL POLYCHRESTUM
GALLORUM.

R. Nitri & Florum Sulphuris, ana
libram unam.

Mixta successivè detona, residuum Aquâ
solve & post colaturam evaporando coagu-
la in falem,

Quid hic præ Nitro præparato, aut lapi-
de seu sale prunellæ, vulgo sic dicto, peculia-
re præter quantitatem majorem sulphuris
habeat, non satis liquet.

○ SAL SANGUINIS CERVI
VOLATILE.

R. Quantitatem Sanguinis Cervini recens
profusi sufficientem, evapora humidita-
tem omnem leni igne & quam potes
optimè exsicca, tum retortæ aut cucur-
bitæ ad instar Cornuum Cervi indi-
tum igne aperto urge, & ut illic dictum,
sal volatile unâ cum spiritu & oleo evo-
ca, ab illis separa, rectifica & purifica.

SAL SANGUINIS HIRCI
VOLATILE.

Eodem, quo Cervi Sanguinis Sal
volatile, modo paratur.

○ SAL SUCCINI VOLATILE.

Vnâ cum oleo in destillatione hujus,
igne auctiori ascendit, per chartam bibu-
lam ab illo separandum.

○ SAL SUCCINI VOLATILE
DEPV RATVM.

Sal volatile succini modo dictum, ab o-
leo separatum cucurbitæ humili immittit-
ur, eique pileus coniformis, quantum fie-
ri potest fastigiatus, è chartâ bibulâ, aut
etiam albâ duplice compositus, imponitur
ac lenissimo arenæ calore sublimatur, sa-
piùs mutato pileo, ne relabatur, abradend-
um, siveque colligendum & accuratissimè
servandum.

○ SAL TARTARI.

Genuinum quære infra sub Titulo, Tar-
tari Sal. Paratur & Sal Tartari extempo-

SA.

raneum, è partibus æqualibus Nitri & Tar-
tari mixtis & detonatis, mixtum, plurimis
quidem, non tamen omnibus usibus, qui-
bus Tartari Sal convenit, & dicatur, aptum.
Hoc Docimatis Fluor albus vocatur.

○ SAL VIPERARUM VO-
LATILE.

Eâdem, quâ Cornu cervi, enchei-
resi è Viperis exenteratis & sicca-
tis fit.

○ SAL VOLATILE ARO-
MATICVM.

Spiritus potius salis volatilis aromatici.

R. Salis Tartari optimè depurati,
libram semis.

Cinnamomi electi & acuti, un-
ciam unam.

Caryophyllorum,
Nucis Moschatæ, ana unciam
semis.

Macis, drachmas duas.

Corticum Citri extimorum re-
centium,
aurantiorum recen-
tium, ana unciam
semis.

Misce & affusâ Spiritus Vini
communis, librâ unâ semis.

In cucurbitâ, alembico cæco aut rostra-
to probè obturato, & juncturis lutatis, op-
timè clausâ biduum digere, tum adde Sa-
lis Armoniaci in sufficienti quantitate aquæ
simplicis dissoluti & ad cuticulam evapora-
ti, libram semis, ac imposito rursus capitello
& adaptato recipiente ac exactissimè
clausis juncturis, ad medietatem circiter de-
stilla, atque in vase optimè obturato ferva.

○ SAL VOLATILE OLEOSUM
CEPHALICVM.

R. Spiritus Salis Armoniaci Vinosi,
infra docendi, uncias tres.

Rr

Olei

SA.

Olei destillati Cinnamomi, drachmam semis.
 Cardamomi,
 Macis,
 Succini ana scrupulum semis.

Misce, digere vase optimè clauso calore leni, donec oleum spiritui mixtum, tum destilla, quò intius uniantur.

○ SAL VOLATILE OLEO-SUM CINNAMOMI.

Eodem fit modo, spiritui Salis Armoniaci vinoso oleum Cinnamomi, unciae unius, drachmam semis olei, per digestiōnem & destillationem maritando.

○ SAL VOLATILE OLEO-SVM MACIS.

Eadem ut præcedens ratione paratur.

○ SAL VOLATILE OLEO-SVM STOMACHICVM.

Perinde fit olea stillatitia Stomachica, verbi gratia
 Calami Aromatici,
 Caryophyllorum,
 Menthae,
 Nucis Moschatae,
 Zedoariæ,
 exquisitâ Spiritui Salis Armoniaci Vinoso proportione jungendo & per digestiōnem & destillationem uniendo.

○ SAL VOLATILE OLEO-SVM SYLVII.

Hoc arcanum cum sibi Author, sùisque hæreditarium esse voluerit, de genuinâ ejus descriptione dubii, ejus loco, cum vulgo saepius expeti soleat sequenti utimur.

R. Salis Tartari optimè depurati, uncias sex.

SA.

Olei stillatii Anisi, Caryophyllorum, Cinnamomi, ana drachmam semis. Macis, scrupulum unum. Zedoariæ, Succini, ana scrupulum semis.

Digerantur loco calido in cucurbitâ optimè alembico cæco clausâ, biduum aut triduum, tum hoc remoto, & affusâ prius Spiritus Vini communis librâ utâ semis, addatur Salis Armoniaci purissimi probè contriti libra semis, ac imposito dextrè alembico rostrato, juncturis exactè & sollicitè munitis, media pars circiter spiritus destillando blando arenæ calore eliciatur, ac vitro exactè obturato servetur.

Nota; Veram hujus salis Volatilis oleosi preparandi methodum, beato Authori ejus arcana, paucissimis, nec nisi heredibus suis revelatam, annos aliquot post editum dispensatorium demum, & cognatâ ejus & herede agonisante sub fide silentii, ex autographo propriâ ejusdem manu & lingua vernacula descripam unâ cum reliquis illius arcana, Author hujus communicatam sibi possedit, longè à superiori ut & alii vicariis diversam, tam quâ ingredientium numerum, quorum preter menstruum, quindecim sunt, quam quâ parandi modum.

○ SAL URINÆ VOLATILE.

R. Vrinæ hominis Juvenis, sani, quantitatem sufficientem, stet menstrum alterum in vase vitro aut lapideo obturato neglectum, ut putrefiat, tum è cucurbitâ vitrâ capaci ex arenâ destilla, juncturis probè lutatis, spiritum, quem super residuo aliquoties cohoba, tandem lenissimo igne rectifica & obtinebis sal volatile urinæ elegans, magnarum virium & variis in Medicinâ & extra eam usibus aptum.

SAN-

SA. SI.

SANGUINEM HIRCI PRÆ-
PARANDI MODUS HELMON-
TIANUS.

R. Hircum, suspende cruribus posterioribus
versus cornua reflexis, testes abscinde &
sanguinem inde fluentem vase amplio re-
cipe, & æstate sole æstuante, hyeme aut
autumno pone furnum pistoris exsicca,
qui difficulti quidem trituratione in pul-
verem sedulò redigendus & sollicitè ser-
vandus.

SAPA VOMITORIA
D. SYLVII.

R. Vitri antimonii hyacinthini, per
se sine additamento parati,
uncias duas.

Musti recentis aut, quod melius,
fucci Cydoniorum recens
expressi libras sex,

Stent in digestione balnei maris
dies quinque circiter aut
sex.

Tum cola per bibulam. Colaturam le-
ni balnei maris calore inspissa exhalando
ad consistentiam extracti spissioris justam,
quam sollicitè, tanquam Medicamentum
blandi & admirandi effectus, præsertim in
variolis & morbillis infantum & adulorum
epidemiis, maturè & circumspectè exhibi-
tum; nec minus in aliis gravibus afféctibus,
quorum specimen vide sis in Ephemeridi-
bus Curiosorum Germaniæ, dec. 2. Anni
6. obs. 18. pag. 46. & sequ. utut historia
illic allegata aliter paulò se habeat, quam,
uti gesta, referre hujus loci non est, re iplá
tamen, circumstantiis quibusdam solum
variantibus, verissima.

○ SIEF ALBUM CUM OPIO.

R. Cerussæ aquâ Plantaginis & Ro-
farum, lotæ & præparatæ, dra-
chmas sex.

Amyli,
Gummi Arabici,
Tragacanthi, ana unci-
am semis.

SO.

Gummi Sarcocollæ lacte Afini-
no, aut Vaccino sal-
tem ter, quaterè nu-
tritæ, & rursus exsic-
catæ, drachmas tres.

Opii aquâ Plantaginis soluti ac
rursus inspissati, drachmam
unam.

Cum sufficienti quantitate albu-
minis ovi.

Fiat ex arte Sief.

Opio subtracto fit eodem modo.

○ SIEF ALBUM SINE OPIO.

○ SOLUTIO CONCHARUM
MARINARVM.

Concharum marinorum pulveri subtilis-
fimo acetii spiritum satis acrem, aut spiritus
Vitrioli Philosophici guttis nonnullis robo-
ratum, quantitate sufficienti affunde, eas-
que sic solutas & per empoeticam trajectas
pro solutione serva.

*Nota; Rarioris hæ solutiones usus sunt, qui-
bus & officine commode carere, queque
& ex tempore, si forte à quoquam desi-
derentur, parari facile possent, binc vix
ē re nostrā esse censemus illis Pharmaco-
polia nostra onerare; sed quia Catalogo
nostro olim inserta, modum tantum, quo
parari solita sunt & adhuc possunt, si
illis opus, indigitare volumus.*

○ SOLUTIO CORALLIORUM
ALBORVM & RVBRORVM.

His solvendis, Zwelfferi suasu, spiritus e-
jus Veneris Alkahestinus præ aliis utilis, aut
æruginis saltem rectificatus, post peractam
solutionem ad mellaginem rursus abstra-
hiendus, ac magma salinum, si formam li-
quidam expetimus aquâ aliquâ destillatâ
convenienti denuò solvendum & per char-
tam bibulam colandum est.

○ SOLUTIO CRANII HU-
MANI.

Eodem spiritu aut supradicto
Aceti roborato peragi potest.

○ SOLUTIO MARGARITA-
RVM.

Eisdem menstruis paret, eun-
demque requirit laborem.

○ SOLUTIO OCULORUM
CANCRI

Aceto vini destillato forti fieri
& per chartam trajici potest.

○ SOLUTIO LAPIDUM PER-
CARVM.

Eodem fit modo.

○ SOTIRELLA PARVA.

R. Olei nucis Moschatæ expressi,
drachmam unam.

Opii Thebaici,
Specierum Diambræ incomple-
tarum, ana drachmam
semis.

Camphoræ,
Extracti Croci, ana grana sex.
Olei Caryophyllorum destilla-
ti, guttas quindecim,
Redigantur in opiatæ spissioris,
consistentiam lege artis.

Remedium hoc Odontalgiae di-
catum, à Dominis Augustanis
mutuo acceptum, pace illorum nostrum quo-
que esse voluimus, dentium
doloribus sopiaendis, caver-
nis illorum inditum, com-
mode infervit.

○ SPECIES AROMATICÆ
CARYOPHYLLATÆ.

R. Cardamomi minoris decorticati,
Cinnamomi electi,
Galangæ,
Ligni Aloës,
Macis,
Piperis longi,
Santali Citrini,
Spicæ Nardi Indicæ,

SO.

12 SP.

Trochiscorum Diarrhodon Ab-
batis.

Zedoariae, ana drachmam unam.

Cubebarum,

Folii Indici, ana scrupulos duos.

Glycyrrhyzæ rasæ, drachmas
duas.

Rosarum rubrarum, unciam se-
mis.

Caryophyllorum, drachmas se-
ptem.

Fiat omnium pulvis subtilissimus.

*Nota; Si cum Moscho & Ambræ desideren-
tur addi possunt ad totam composicio-
nem*

Galliæ Moschatæ, drachmæ duæ.

Ambræ gryseæ, drachma una.

Moschi, scrupulus semis.

*Verum cum pretiosorum borum ingredi-
entium virtus præcipua facile cum
tempore dissipetur & exhalet, satius est,
prout recte censem Domini Augustani,
ut sine illis incomplete in officinis pro-
ficient, quovis tempore pro exigentia &
judicio Medici additamento horum pro-
portionato complenda.*

○ SPECIES AROMATICÆ
ROSATÆ.

R. Foliorum rosarum rubrarum, ac-
curate siccatarum, uncias duas.

Cinnamomi electi, drachmas
quinqüe.

Caryophyllorum,
Macis, ana drachmas duas semis.

Cardamomi minoris,

Galangæ,

Nucistæ, ana drachmam unam.

Spicæ Indicæ,

Ligni Aloës,

Santali citrini,

Gummi Arabici,

Tragacanrhi, ana dra-
chmas tres.

Misce

SP.

Misce fiat omnium pulvis subtilissimus, sic incompletus & specierum sine Moscho & Ambra nomine in officinis asservandus,

Quæ si cum Moscho & Ambra completae desiderentur,

Ambrae Gryseæ, drachmâ semis.

Moschi, scrupulo uno,

aut pro Medici potius intentione & scopo dosi eorum proportionata ad singulas præscriptiones additâ extempore compleri poterunt.

○ SPECIES CEPHALICÆ
PRO CVCPHIS.

R. Florum Anthos,

Cheiri,

Lavendulæ,

Liliorum convallium,

Salviae,

Stœchados Arabicæ, ana
drachmam unam.

Foliorum Rosarum rubrarum,
manipulos duos.

Lauri,

Majoranæ, ana pugil-
los duos.

Melissæ,

Menthæ Crispæ,

Rorismarini,

Serpilli cum floribus,
ana pugillum unum.

Seminis Coriandri præparati,
Nigellæ, ana scrupulum
unum.

Iridis Florentinæ,

Succini albi electi,

Rasuræ ligni Rhodii, ana dra-
chmas duas.

Caryophyllorum,

Cubebarum,

Macis, ana scrupulum unum.

SP.

Nucis Moschatæ,

Benzoës,

Storacis Calamitæ, ana dra-
chmam unam.

Masticæ,

Olibani, ana drachmam semis.

Misce fiat omnium pulvis grossius.

Cui, pro iis, qui desiderant & ferre possunt Ambrâ & Moschus dosi conveniente addi possunt.

○ SPECIES CORDIALES
TEMPERATÆ.

R. Radicum Angelicæ,

Caryophyllatæ,

Doronici.

Tormentillæ,

Caryophyllorum,

Cinnamomi,

Offis de Corde Cervi, ana dra-
chmam unam semis.

Eboris præparati,

Ligni Aloës, ana drachmam
unam.

Coralliorum alborum,

rubrorum, præpa-
ratorum, ana
drachmas duas.

Margaritarum præparatarum,
drachmas sex.

Hyacinthorum præparatorum,
Saphiri præparatae,

Smaragdorum præparatorum,
ana drachmam semis.

Croci, scrupulum unum.

Foliorum Auri,

Argenti, ana numero
decem.

Misce fiat ex arte pulvis subtilissi-
mus.

Qui, si desideretur, Moschi & Ambrae
ana drachmæ semis additamento comple-

SP.

ri, aut illi ex tempore cuivis dosi proportione requisita utrumque aut alterutrum eorum pro Medici arbitrio & sumentis desiderio jungi potest.

Note: Margaritarum preparatarum, quarum locum Mater perlarum preparata, Pharmacopeis ipsis parentibus, plerumq; supplet; ac lapidum pretiosorum, ut & foliorum auri & argenti, numero decem, inutile dispendum, in speciem potius, quam insignem, qui ex illis sperari & expectari possit, usum, in compositione hac, & antiquorum quibusdam aliis occurrentis, qui evitare voluerit, huic skeleton specierum Cordialium temperatarum, ut ut usu suo & effectu penitus non destitutarum, exhibituro, per nos liceat.

○ SPECIES DECOCTI APERITIVI MAJORIS.

℞. Radicum Apii,
Fæniculi,
Liquiritiae rafæ,
Petroselini, ana unciam semis.

Herbarum Cichorii,
Endiviæ,
Fumariæ, ana manipulum unum.
Borraginis,
Buglossi,
Cuscutæ,
Eupatorii,
Scolopendriæ veræ,
ana manipulum semis.

Comarum Thymi,
Epithymi, ana drachmam unam semis.

Seminis Anisi,
Fæniculi,
Corticum Capparum,
Tamarisci, ana drachmas duas.

SP.

Agarici optimæ notæ, unciam semis.

Polypodii Querni, unciam unam. Scindenda scindantur, tundenda tundantur grosso modo & miscentur.

○ SPECIES DECOCTI APERITIVI MINORIS.

℞. Radicum Acori,
Apii,
Fæniculi,
Glycyrrhizæ,
Petroselini, ana unciam semis.

Afari, drachmam semis.

Herbarum Agrimonæ,
Betonicæ,
Ceterach,
Cichorii,
Cuscutæ,
Endiviæ,
Fumariæ,
Lupuli, ana drachmas duas.

Florum Borraginis,
Buglossi,
Rosarum rubrarum,
Violarum,
Seminis Anisi,
Fæniculi,
Foliorum Senæ sine stipitibus,
ana drachmam unam.

Passularum minorum, unciam semis.

Ficum pinguium,
Prunorum Damascenorum, ana numero quatuor.

Polypodii Querni, unciam unam semis.

Incidenda incidentur & miscentur. Minores majores superant, quid

SP.
quid tum? sic visum majoribus nostris.

o SPECIES DECOCTI CARMINATIVI.

R. Radicum Glycyrrhizæ, unciam semis.
Seminis Anisi,
Carvi,
Coriandri,
Dauci,
Foeniculi, ana drachmas tres.
Florum Chamomillæ, manipulum semis.

Passularum, unciam unam semis.
Misce concisa.

o SPECIES DECOCTI EMOLIENTIS.

R. Radicum Altheæ, uncias quatuor.

Herbarum quinque Emollientium, ana manipulos sex.

Florum Chamomillæ vulgaris, manipulos novem.

Seminum Fœnu Græci, uncias tres.

Lini, uncias duas.
quatuor frigidorum majorum, ana unciam semis.

Incisa & conquassata misce.

SPECIES DECOCTI FLO-
RUM & FRUCTVVM.

R. Radicum Glycyrrhizæ, drachmas duas.

Herbæ Capillorum Veneris,
Lupuli,
Endiviae, ana manipulum semis.

Florum Borraginis,
Buglossi,

SP.
Violarum,
Rosarum, ana drachmā unam.

Ficuum pinguium numero quinque.

Jujubarum,
Prunorum Damascenorum,
Sebesten, ana numero viginti.
Tamarindorum, unciam unam.

Incidantur grossè & misceantur.

SPECIES DECOCTI PECTO-
RALIS.

R. Radicum Glycyrrhizæ, unciam semis.

Herbæ Capillorum Veneris,
Hyslopi,
Scabiosæ,
Tussilaginis, ana manipulum semis.

Hordei mundati, unciam unam.

Jujubarum,
Sebesten, ana numero quindecim.

Passularum minorum mundatum, unciam unam.

Concisa misce.

o SPECIES DIACALAMIN-
THÆ.

R. Piperis nigri,
Seminis Levisticæ, ana unciam unam.

Apii,
Cardamomi,
Comarum Thymi, ana unciam semis.

Calaminthæ montanæ,
Origani,
Pulegii,

Seminis Petroselini Macedonici,
Seseleos Massiliensis, ana drachmas duas.

Misce fiat pulvis tenuissimus.

o SPE-

SP.

○ SPECIES DIACINNAMOMI.

R. Cinnamomi acuti, uncias duas.
 Cardamomi utriusque,
 Caryophyllorum,
 Ligni Aloës,
 Macis,
 Nucis Moschatæ,
 Piperis longi,
 Zingiberis, ana drachmas tres.
 Cassiæ ligneæ,
 Radicum Enulæ, ana unciam se-
 mis.

Galangæ, drachmas septem.
 Croci optimi, drachmam unam.
 Sacchari, drachmas quinque.

○ SPECIES DIACROCU.

R. Croci Orientalis aut Austriaci
 optimi,
 Radicum Asari coctione corre-
 starum, ana unciam
 semis.

Meu,
 Rhabarbari,
 Spicæ Indicæ,
 Valerianæ majoris ana
 drachmas sex.

Rubiaæ tinctorum, dra-
 chmas duas.

Calami Aromatici, dra-
 chmam unam semis.

Herbarum Ceterach,
 Scordii Cretici, aut
 faltem nostratis,
 ana drachmas duas
 semis.

Seminis Anisi,
 Apii,
 Dauci,
 Petroselini Macedonici,
 ana unciam semis.

SP.

Succi Glycyrrhizæ, drachmas
 duas semis.

Absinthii,
 Agerati f. Eupatotii Me-
 fues,

Carpobalsami aut ejus loco Car-
 damomi minoris.

Cassiæ ligneæ,

Costi,

Cinnamomi,

Myrrhæ,

Schœnanthi, ana drachmas duas.

Tragacanthi, drachmam unam.

Misce fiat lege artis pulvis subtilis-
 simus, cui opobalsami loco asper-
 gantur olei Caryophyllorum stilla-
 ticii, drachmæ duæ.

*Nota; Minus commodè antiquitus & bodi-
 ernum à nonnullis species he Diacurcu-
 mes nomine denuunt, cum ne gry que-
 dem Curcumes compositionem hanc in-
 grediatur, binc Diacroci denominatione
 contenti alteram repudiavimus.*

SPECIES DIAJREOS.

R. Specierum diatragacanthi fri-
 gidi,
 Sacchari Candi albi, ana dra-
 chmas duas.

Radicum Iridis Florentinæ, un-
 ciam semis.

Misce fiat pulvis subtilissimus.

○ SPECIES DIAMARGARITI
 CALIDI.

R. Been utriusque,
 Doronici,
 Seminis Apii,
 Cardamomi utriusque,
 Macis,
 Nucis Myristicæ,
 Piperis longi,
 nigri, ana drachmas tres.
 Cin-

SP.

Cinnamomi, drachmas quinque,
Masticæ,
Zingiberis, ana unciam semis.
Radicum Pyrethri,
Margaritarum Orientalium, ana
drachmam unam.

Cui in his, ut & sequentibus, margaritarum dispendium & Coralliorum evitare volupe substitutâ perlarm matre, ut plerisque Pharmacopœorum solenne, huic per nos licet.

o SPECIES DIAMARGARITI
FRIGIDI.

℞. Baccarum Myrti,
Kermes,
Florum Borraginis,
Nymphææ albæ,
Rosarum rubrarum,
Seminum Papaveris albi,
Portulacæ,
Quatuor frigidorum
majorum, decorticatorum,
Ligni Aloës,
Santali albi,
citrini, ana drachmam unam.

Coralliorum alborum,
rubrorum, ana drachmam semis.

Margaritarum præparatarum,
drachmas tres.

Misce fiat pulvis subtilissimus.

o SPECIES DIAMBRÆ.

℞. Cardamomi Majoris,
Minoris, ana drachmam unam.

Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Doronici,
Folii Indici,

SP.

Galangæ,
Macis,
Nucistæ, ana drachmas tres.
Ligni Aloës,
Santali citrini,
Piperis longi, ana drachmas duas.

Spicæ Indicæ, drachmam unam.
Zingiberis drachmam unam semis.

Ambræ, drachmam unam.
Moschi drachmam semis.

Misce.

Nota ; Demtâ Ambrâ & Moscho species he parate in officinis nostris afferenda, ad præcavendum virtutum precipuarum dispendium & illa suo tempore è Medici consilio proportione convenienti addenda.

o SPECIES DIAMOSCHI
DULCIS.

℞. Been utriusque,
Caryophyllorum,
Cassia lignea,
Folii Indici,
Spicæ Indicæ, ana drachmam unam.
Cubebarum,
Galliæ Moschatæ,
Semitis Ocimi Caryophyllati,
Piperis longi,
Zingiberis, ana drachmam unam semis.

Croci,
Doronici,
Ligni Aloës,
Macis,
Zedoariæ, ana drachmas duas.
Carabes præparatæ,
Coralliorum rubrorum præparatorum,
Margaritarum præparatarum,
ana drachmas duas semis.

T t

Moschi,

SP.

Moschi, scrupulos duos.
Misce fiat pulvis subtilissimus.

Parari possunt & asservari de mto
Moscho & Galliâ Moschatâ, sicque
præparatæ abusivè audient.

• SPECIES DIAMOSCHI SINE
MOSCHO.

Quibus usū exigente debitâ pro-
portione utrumque addi & sic illæ
compleri possunt.

Quod supra de Margaritis & Corallii
monitum, hic quoque obtinet locum.

SPECIES DIANTHOS.

R. Cardamomi,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Galangæ,
Ligni Aloës,
Macis,
Nucis Moschatæ,
Seminis Anethi,
Anisi,
Spicæ Indicæ,
Zedoariae,
Zingiberis, ana scrupulos qua-
tuor.
Glycyrrhizæ,
Florum Rosarum,
Violarum, ana drachm.
sex.
Rorismarini, unciam u-
nam.
Misce fiat pulvis.

SPECIES DIAPENIDIORUM.

R. Amyli Candidissimi,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Gummi Arabici,
Seminum quatuor frigidorum
excorticatorum, non ranci-
dorum,

SP.

Succi Glycyrrhizæ,
Tragacanthi,
Zingiberis, ana drachmam unam
semis.

Amygdalarum dulcium decor-
ticatarum,

Nucum Pinearum, decorticata-
rum,

Seminis Papaveris albi, ana dra-
chmas tres cum semisse.

Sacchari penidii, uncias duas.
Misce.

SPECIES DIARRHODON
ABBATIS.

R. Afari,
Cardamomi,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Croci,
Ligni Aloës,
Masticæ,
Rhabarbari Electi,
Seminum Anisi,
Basilici,
Berberum,
Fœniculi,
Intybi,
Laetucæ,
Papaveris albi,
Portulacæ,
Quatuor frigidorum
majorum decortica-
torum,
Spicæ Indicæ,
Succi Glycyrrhizæ, ana
scrupulum unum.
Margaritarum,
Ossis de Corde Cervi, ana scru-
pulum semis.
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Rafuræ

SP.

Rasuræ Eboris subtilissimæ, ana
Scrupulos duos.

Santali albi,
rubri, ana drachmas duas
semis.

Rosarum rubrarum,
Sacchari Candi albi, ana uncias
duas.

Misce fiat pulvis, additamento
proportionato sequentium, si opus,
complendus, utpote cui ad integrum
descriptionem addi solitum
Galliaæ Moschatæ, scrupulus
unus.

Camphoræ, grana septem.
Moschi, grana quatuor.

Margaritarum locum, si mater perlarum
suppleat, vix erit minoris efficaciam medi-
camen.

SPECIES DIATRAGACANTHII FRIGIDI.

R. Amyli, unciam semis.
Glycyrrhizæ,

Seminum quatuor frigidorum
majorum, decorticato-
rum, drachmas duas.
papaveris albi, drachmas
tres.

Gummi Arabici, drachmas de-
cem.

Tragacanthi, uncias
duas.

Sacchari Penidii, uncias tres.
Misce fiant lege artis species.

Sacchari penidii vices si candum rubrum
sustineat, eodem res recidet.

**o SPECIES DIATRIUM
PIPEREON.**

R. Anisi,
Thymi,
Zingiberis, ana drachmas duas.

SP.

Amomi,
Spicæ Indicæ, ana drachmam
unam.

Cassiæ ligneæ,
Radicum Afari,
Enulae,

Seminis Apii,
Seseleos, ana drachmam
semis.

Trium Piperum, ana drachmas
quinque.

**o SPECIES DIATRIUM
SANTALORUM.**

R. Eboris rasuræ subtilissimæ præ-
paratæ,
Rhabarbari,
Seminis Portulacæ,
Succi Glycyrrhizæ, ana dra-
chmas duas.

Amyli,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Seminum Intybi,
quatuor frigidorum ma-
jorum, ana scrupulos
quatuor.

Trium Santalorum, ana dra-
chmas tres.

Violarum, unciam semis.
Rosarum rubrarum, uncias qua-
tuor.

Misce.

**o SPECIES DIATURBITH
CUM RHABARBARO.**

R. Anisi,
Cinnamomi,
Croci electi,
Masticæ, ana drachmam semis.
Santali albi,
rubri,
Violarum,

SP.
 Zingiberis, ana drachmam unam
 semis.
 Diagrydii, unciam semis.
 Hermodactylorum.
 Turbith albi & gummosi, ana
 unciam unam.
 Rhabarbari, drachmas decem.
 Sacchari albi, libram unam.
 Misce.

SPECIES DIAXYLALOES.

R. Balsamitæ,
 Been utriusque,
 Carabe,
 Cardamomi utriusque,
 Caryophyllorum,
 Cinnamomi,
 Coralliorum rubrorum,
 Corticum citri,
 Cubebarum,
 Cyperi longi,
 Folii Indici,
 Foliorum Citri vel Lauri,
 Macis,
 Majoranæ,
 Margaritarum præparatarum,
 Mastiches,
 Menthæ Crispæ,
 Nucis Moschatae,
 Ocimi Caryophyllati,
 Piperis longi,
 Spicæ Indicæ,
 Zedoariæ,
 Zinziberis, ana unciam semis.
 Rosarum rubrarum,
 Ligni Aloës selecti, ana unciam
 unam.
 Misce fiant, ut artis, species.

*Nota; 1. Qui completas desiderat aut to-
 ti compositioni Gallie Moschate dra-
 chmam unam semis.
 Moschi scrupulos duos*

SP.
 addat, aut singulis dosibus, eorum, pro
 Medici consilio proportionatam dosin.
 2. Qui è cineribus Serici Crudi tosti fæti-
 dis ac squalidis virtutem sibi insignem
 pollicetur, is hic & alibi ubi composicio-
 nes antiquas ingrediuntur, dosi illos pro-
 portionatâ restituat, si lubet. Nos haud
 inconsulto ubivis illos, uti & illorum spi-
 ritum è crudo serico destillatum, omisi-
 mus.
 3. De Margaritis hic idem quod alibi judi-
 cium.
 SPECIES PRO EPITHEMATE
 CAPITIS.
 R. Herbæ Majoranæ,
 Matrisylvæ,
 Verbena, ana manipulum
 unum.
 Florum Nymphææ,
 Rosarum, ana manipu-
 lum semis.
 Croci optimi, drachmam semis.
 Nucis Moschatae, unciam semis.
 Nucleorum Persicorum, dra-
 chmas sex.
 Seminis Papaveris albi, drachmas
 quinque.
 Crassæ concisa & contusa misce, & pro
 iis, qui ferre ejus odorem possunt, adde
 Camphoræ scrupulum unum.
 SPECIES PRO EPITHEMATE
 CORDIS.
 R. Been utriusque,
 Cinnamomi,
 Doronici,
 Macis,
 Succini, ana drachmam uniam.
 Croci optimi, drachmam semis.
 Caryophyllorum,
 Corticum citri,
 Ligni Aloës,
 Seminis Acetosæ, ana drachmam
 unam semis.
 Rosarum

SP.

Rosarum rubrarum,
Santalorum omnium, ana dra-
chmas duas.

Florum Borraginis,
Buglossi,
Melissæ, ana manipu-
lum semis.

Omnia benè trita ferventur.
Quibus si Camphoræ, grana sex.
Moschi, grana tria addan-
tur, completæ audiunt.

○ SPECIES de GEMMIS FRI-
GIDÆ.

¶. Been utriusque, drachmam unam
Florum Rosarum, drachmam
unam semis.

Borraginis,
Buglossi,
Seminis Acetosæ,
Basiliconis,
Santalorum omnium,
Granatorum præparatorum,
Hyacinthi præparati,
Sardæ præparatæ,
Sapphiri præparatæ,
Smaragdorum præparatorum,
ana drachmam unam.

Coralliorum alborum,
rubrorum, ana dra-
chmas duas.

Margaritarum præparatarum,
Rasuræ Eboris, subtilissimè præ-
paratæ, ana drachmas tres.

Ossis de corde Cervi, drachmam
semis.

Foliorum Auri,
Argenti, ana numero
quindecim.

Misce fiant species, quæ nisi præconce-
ptæ vulgi opinioni quadantenus ceden-
dum omissis potius gemmis, à ventriculi
nostrî fermento neutiquam subigendis, spe-

SP.

cies de Gemmis forent frigidæ sine Gem-
mis.

○ SPECIES de HYACINTHO.

¶. Boli Armenæ,
Coralliorum rubrorum, præ-
paratorum,

Hyacinthorum præparatorum,
Terræ Lemniæ veræ, aut Stri-
gensis saltim sigillatæ, ana dra-
chmam unam semis.

Radicum Dictamni albi,
Tormentillæ,

Seminis Acetosæ,
Citri decorticati,
Portulacæ,

Cornu Cervi præparati,
Eboris rasuræ præparatæ,
Ossis de Corde Cervi præparati.

Croci optimi,
Myrræ selectæ,
Rosarum rubrarum,
Santalorum omnium, ana scru-
pulos quatuor.

Margaritarum præparatarum,
Smaragdorum præparatorum,
ana drachmam unam.

Misce fiant species.
Eadem quæ supra & hic nota locum
habet.

SPECIES HIERÆ PICRÆ SEU
SIMPLICIS.

¶. Aloës illotæ, uncias duodecim.

Afari,
Cinnamomi,
Croci,
Cubebarum,
Masticæ,
Spicæ Indicæ, ana drachmas sex.

Misce fiant, ut moris, species.

U u

○ SPE-

SP.

○ SPECIES HIERÆ PICRÆ
RHASIS DICTÆ.

R. Aloës, unciam unam.

Asari,

Carpobalsami, aut ejus loco Cu-
bebarum.

Cassiae ligneæ.

Cinnamomi,

Ligni Aloës, loco Xylobalsami.

Masticæ,

Rosarum rubrarum.

Spicæ Indicæ, ana scrupulum u-
num semis.

Misce fiant species.

○ SPECIES LÆTIFICANTES
GALENI.

R. Caryophyllorum,

Corticum citri,

Croci,

Florum aut semenis potius Oci-
mi Caryophyllati,

Galangæ,

Ligni Aloës, pro Xylobalsamo,

Macis,

Nucifæ,

Styracis Calamitæ;

Zedoariae, ana drachmas duas
semis.

Epithymi,

Rasuræ Eboris,

Seminis Anisi, ana drachmam
unam.

Thymi Cretici,

Cornu Cervi præparati,

Margaritarum præparatarum,
ana drachmam semis.

Foliorum Argenti, numero vi-
ginti.

Auri, numero quadraginta.

Misce, fiant, ut artis est, species, addi-
tamento, si opus,

Camphora,

SP.

Moschi, ana drachmæ semis,
aut convenienti, secundum consilium aut
arbitrium Medici, dosi complenda, aut si-
ne Margaritarum auri & argenti dispensio
etiam dispensandæ.

○ SPECIES LÆTIFICANTES
RHASIS.

R. Been utriusque,

Cardamomi majoris,

Caryophyllorum,

Cinnamomi,

Corticum Citri,

Croci,

Doronici,

Masticæ,

Melissæ,

Nucis Moschatæ,

Seminis Ocimi Caryophyllati,

Pœoniæ decorticati,

Zedoariae, ana unciam semis.

Foliorum Argenti, numero vi-
ginti.

Auri, numero quadra-
ginta.

Complendæ, si usus exigit,

Galliaæ Moschatæ, uncia semis.

Moschi, scrupulo uno.

Idem & de his obtinet.

○ SPECIES LIBERANTES.

R. Radicum Angelicæ,

Caryophyllatæ,

Contrayervæ,

Dictamni albi,

Tormentillæ,

Valerianæ,

Zedoariae, ana dra-
chmam unam.

Florum Buglossi,

Nymphæ,

Rosarum rubrarum, ana

scrupulum unum.

Seminis

SP.

Seminis Acetosæ,
Cardamomi,
Citri decorticati,
Coriandri,
Endiviæ, ana drachmam
unam semis.

Santalorum omnium, ana dra-
chmam unam.

Cassiæ ligneæ,
Cinnamomi,
Coralliorum rubrorum præpa-
ratorum,

Croci optimi,
Ligni Aloës,
Macis,
Margaritarum, aut Matris faltem
perlarum præparatæ,

Myrrhæ rubræ,
Ossis de Corde Cervi præparati,
Rasuræ Eboris subtilissimè præ-
paratæ,
Terræ sigillatæ præparatæ,
Succini albi præparati,
Hyacinthorum præparatorum,
Smaragdorum præparatorum,
ana dragmam semis.

Comminuta in pulverem subtilis-
simum miscendo fiant species.

Quæ additis Camphoræ granis sex.

Ambræ optimæ,
Moschi odoratissimi,

ana granis tribus
compleri ulterius, si res id suadet,
pro iis, qui talia ferunt, possunt.

*Nota; Quod supra de pretiosis monitum,
hic quoque quadrat.*

• SPECIES LITHONTRI-
PTICÆ.

R. Radicum Acori,
Meu,
Peucedani,

SP.

Cinnamomi,
Piperis albi,
longi,
nigri,
Saxifragiæ,
Spicæ Indicæ,
Xylo balsami, aut ejus loco ligni
Aloës.

Zinziberis, ana drachmas tres.
Caryophyllorum,
Chamædryos,
Costi,
Cyperi rotundi,
Glycyrrhizæ,
Olei è baccis Juniperi destillati,
loco Opobalsami.

Rhapontici,
Seminis Ammeos,
Apii,
Asparagi,
Ocimi,
Olufatri seu Hipposeli-
ni,
Urticæ, ana scrupulos
quatuor.

Amomi,
Anethi,
Dauci Cretici,
Ligustici,
Milii Solis,
Petroselini Macedo-
nici,
Seseleos,

Bdellii,
Cardamomi,
Cassiæ ligneæ,
Croci,
Euphorbii præparati,
Folii Indici,
Ireos Florentinæ,
Lapidis Lyncis,

SP.

Mastiches,
Olei Moschelini, de quo couſu-
latur Phārm. Aug. reno-
vata p. 219.

Nardini,
Schœnanthi, ana drachmam fe-
mis.

Misce fiat omnium secundum ar-
tem pulvis subtilissimus.

SPECIES MORSULORUM
IMPERATORIS.

℞. Caryophyllorum, unciam semis.
Cinnamomi eleeti, drachmas de-
cem.
Galangæ,
Macis,
Nucis Moschatae, ana drachmas
duas.
Zingiberis, unciam unam.
Moschi optimi, scrupulum fe-
mis.
Misce fiant species.

○ SPECIES PLERIS ARCHON-
TICON.

℞. Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Cyperi,
Galangæ,
Ligni Aloës,
Nucis Moschatae,
Rasuræ Eboris præparatæ,
Rosarum,
Schœnanthi,
Spicæ Indicæ,
Violarum,
Zinziberis, ana scrupul. quatuor.
Baccarum Myrthi,
Cardamomi,
Corticum Citri,
Folii Indici,
Glycyrrhizæ,

SP.

Macis,
Majoranæ,
Mastiches,
Menthæ aquatica,
Ocimi,
Piperis longi,
Styracis Calamitæ, ana scrupulos
duos.
Been utriusque,
Coralliorum rubrorum præpa-
ratorum,
Margaritarum præparatarum,
ana scrupulum unum.
Contusa misce & fiant species.
Quibus, si Moschi addantur grana
octo.
Camphoræ, grana quin-
que.

Completae erunt.
○ SPECIES ROSATAE NO-
VELLÆ.

℞. Cardamomi minoris,
Caryophyllorum,
Galangæ,
Nucis Moschatae,
Seminis Apii,
Spicæ Indicæ,
Styracis Calamitæ,
Zedoariæ, ana drachmam semis.
Cinnamomi, drachmas tres.
Glycyrrhizæ,
Rosarum rubrarum,
Sachari rosati tabulati, ana dra-
chmas novem.
Misce fiant species.

○ SPECIES PRO SACCOLIS
ODORIFERIS IN PESTE.

℞. Radicum Angelicæ,
Diptamni albi,
Gentianæ utriusque,
Ireos Florentinæ,
Radj-

SP.

Radicum Pimpinellæ,
Tormentillæ,
Valerianæ,
Zedoariæ, ana unciam
semis.

Foliorum Basíliconis, manipulos
tres.

Majoranæ,
Melissæ,
Rórismarinæ, ana ma-
nipulum unum.
cum semisse.
Rutæ, manipulos
duos.

Florum Borraginis,
Buglossi,
Lavendulæ,
Rosarum rubrarum,
Violarum, ana manipu-
los duos.

Seminis Basíliconis,
Nigellæ, ana drachmas
tres.

Ligni Aloës,
Rhodii,
Santali citrini, ana unciam
semis.

Baccarum Juniperi, drachmas
sex.

Corticum Citri siccatorum, un-
cias duas.

Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Nucis Moschatæ, ana drachmas
tres.

Benzoës,
Storacis Calamitæ,
Myrrhæ selectæ, ana drachmas
duas.

Trochischorum Galliæ Moscha-
tæ, drachmam unam semis.

SP.

Grossè incisa & contusa misce,
ut fiant ex arte species.

SPECIFICUM ANTIFEBRILE
CROLL IL.

R. Testas concharum oblongarum, acumi-
natarum, quæ in lacubus reperiuntur,
macera earum quantum vis, in aceto
fortissimo, donec acetum mucaginem
extraxerit, exteriorem nimirum illarum
superficiem squalentem solvendo, quâ
derasâ reliquum concharum, aut secun-
dum Crollium ad albedinem calcinatum,
aut secundum ejus commentatorem
Hartmannum saltem cum aquis conve-
nientibus, præpara ut artis est.

o SPECIFICUM CEPHALI-
CuM D. MICHAELIS.

R. Cinabaris nativæ Transylvanicæ, aut a-
liæ optimæ notæ, per sublimationem
igne convenienti, si vis, rectificatae (suf-
ficit una sublimatio, plures virium &
quantitatis sunt deprædatrices: imò abs-
que sublimatione, dummodo in se sit sa-
tis elegans ac purâ, satis apta est, solâ
coctione cum aquâ pluvia aut tonitruâ,
ac trituruâ iterata futilissimè præparatâ)
vel ejus defectu cinnabaris etiam Anti-
monii rectificatae ac iteratis crebrò in a-
prico loco trituris & digestionibus exal-
tatæ uncias tres.

Fæculæ radicum Pœoniæ, un-
ciam unam semis.

Magisterii Epileptici D. Mi-
chaëlis, unciam
semis.

Cordialis ejusdem,
uncias duas.

Misce omnia exactè.

*Notæ; Cum descriptio Magisteriorum pre-
dictorum, officinis nostris haud usuali-
um, ad præparationem bujus specifici re-
quiratur, illam hic subnectere opera pre-
mium duximus,*

SP.

DESCRIPTIO MAGISTERII
EPILEPTICÆ

R. Alcis unguæ,
Cornu,
Cornu Cervi,
Cranii humani, violentâ morte
peremti, ana unciam unam.
Smaragdorum orientalium vero-
rum, unciam semis.
Unicornu veri, drachmas duas.

pulverisata bac omnia solve spiritus ex sa-
lis Marini & Aluminis partibus equalibus
destillati, quantitate sufficiente, soluta præ-
cipita spiritu Vitrioli, precipitatum edul-
cora, & adde Magisterii succini, dra-
chmam unam.

DESCRIPTIO MAGISTERII
CORDIALIS.

R. Coralliorum rubrorum preparato-
rum,

Lapidum percarum preparatorum
ana unciam unam.

Margaritarum orientalium, pre-
paratorum, unciam semis.

Rasuræ Eboris,
Cornu cervi, ana dra-
chmas sex.

pulverisata omnia solve menstruo predicto,
eodemque modo precipita & edulcora.

Nota; Cum nostram de hujusmodi magi-
steriis supra, ubi de nō actum, senten-
tiam exposuerimus, hic monuisse suffici-
at, quod nos loco illorum magisterio-
rum, preparata illorum ingredientia con-
venienti dosi substituere, satius esse ju-
dicemus. Hinc tale emerget.

SPECIFICUM CEPHALICUM.

R. Cinnabaris nativæ Transylvana-
nicæ aut saltem Antimonii,
predicto modo præparatæ
uncias tres.

SP.

Fæculæ radicum Pœoniæ justo
tempore collectarum, unciam
unam semis.

Alcis unguæ præparatæ,
Cornu præparati, ana dra-

chmam unam.

Cornu Cervi præparati, dra-
chmas tres.

Cranii humani, non humati, præ-
parati, drachmam unam.

Coralliorum rubrorum præpa-
ratorum,

Lapidum Percarum præparato-
rum, ana unciam semis.

Margaritarum præparatarum,
drachmas duas.

Rasuræ Eboris præparatæ, dra-
chmas tres.

Smaragdorum in salinam consi-
stentiam Zwelfferiano modo
solutione & exhalatione re-
dactorum drachmam semis.

Succini præparati, scrupulum
semis.

Unicornu Veri scrupulum u-
num.

Misce fiat omnium pulvis subtilis-
simus.

SPECIFICUM STOMACHI.

CuM.

Petri Poterii, Medici Andigavensis suo
tempore celebris, hoc est arcanum, cuius
præparationem genuinam promisit quidem,
sed non præstítit, eâ forte de causa, quod,
ut quidam volunt & præsumunt, scripta il-
lius ab invido ejus filio castrata lucem vi-
derint. Basin hujus medicamenti sanæ, e-
gregii & eximii usus & effectus, plerisque
hodierno die in Antimonii Regulo, sive
simplici seu potius stellato quærunt, cum Ni-
tri, sive communi, sive Clauderiana me-
thodo, quam observatione 133. 134. Décur.
Ephimeridum Germ. Cutiol. 2dæ, anno

SP.

4to p. 265. & sequ. tradit, depurati & cor-
recti quantitate proportionata calcinato &
fixato, tandemque per edulcorationem in-
de rursus separato. Quâ ratione ab Antimo-
nio diaphoretico vulgari parum admis-
sum differret, magnamque cum antihecti-
co Authoris ejusdem affinitatem haberet,
nec à residuo Tincturæ Metallorum insigni
polleret differentiâ. Neque tamen spe
prosperius frustrancâ, aut à sensu Authoris aut
revelatione ejusdem obscurâ, penitus aliena,
nisi illa illius verba, quibus in eadem
utitur (*hec verò materia ubique reperitur,
in unq plus, quam in alio*) diversum in-
nuere viderentur, utpote quæ Antimonio
aut illius Regulo qualicunque neutiquam
satis commode quadrant, ac salis Catholi-
ci & Ætherei indolem potius sapiunt & ar-
guunt, præsertim si cum sequentibus com-
binentur & concilientur; Quod Antimonio
aut ejus Regulo qualicunque etiam vix tri-
buendum, nili reliqua (*si universale des-
ideras, fac solis splendore illustretur, cuius
influentia non tantum ejus tenebra remo-
ventur; Verum & ejus benefico calore, il-
lius compacta materia attenuatur & vere
fermentatur*) huc trahere lubeat: Cui ta-
men edulcoratio post calcinationem &
fixationem omnimoda à plerisque commen-
data obstat; Quâ nitri, salis illius, è con-
nubio Ætherei cum sale Hermaphroditico,
animali nimirum & vegetabili terreno, na-
ti, virtus & energia, cui effectuum ab Au-
thore tantoperè celebratorum, laus & en-
comium, si non præcipue, saltem, si res ac-
curatè pensetur, magna ex parte tribuen-
da videntur, penitus eluitur: Satiùs itaque
fortè foret, edulcoratione illâ sollicitâ &
omnimodâ supersedere, ac modicâ salis ni-
miriae copia & aliquali solutione saltem &
ablutione factâ à combinato cum Regulo,
qualicunque tandem, potissimum tamen
stellato Martiali, Solis terreni radiis irradia-
to, aut à Jovis ac Veneris amplexibus dita-
to, post extractionem Tincturæ Metallo-
rum restante, debitèque fixato, effectus il-
los eximios & præstantes ab Authore Ar-
cano suo tributos expectare.

Aquam verò ab edulcoratione ejusmo-
di modicâ restantem vel evaporatione in

SP.

salem aut Crystallos redactam, tanquam
nitrum antimoniatum planè egregium ma-
gnarum virtutum, Stomachici specifici ti-
tulo aliquatenus haud indignum polychre-
sto usui servare. Vel Menstrui Clauderia-
ni, sub liquoris præcipitanis nomine ipsi
venientis, loco variarum tincturarum, &
Essentiarum extractionibus insigni cum e-
molumento adhibere.

SPERNIOLA CROLLII.

R. Camphoræ, drachmas tres.

Croci optimi, subtilissimè triti,
unciam semis.

Myrrhæ rubræ selectæ,

Olibani, ana uncias duas.

Misce, fiat omnium pulvis subtilis-
simus.

Quem in Vitro commodo aquâ sperma-
tis Ranarum, mense Martio triduum ante
novilunium collecti, ac è balneo maris ex
arte destillati, sèpiùs, vicies fortè, aut plu-
ries etiam, irora ac imbibe, rursusque singu-
lis vicibus sponte & exactè exsicca, tan-
demque probè siccatum, solicite in vitro
optin. è clauso serva.

o SPIRITUS ABSINTHII.

R. Absinthii nostratis floridi, quantum pla-
cket, conciso & conquassato superfunde
spiritus frumenti rectificati, aut vini po-
tiùs ad supereminentiam duorum digi-
torum, macera octiduum, postea balneo
Maris spiritus lege artis evocetur.

*Nota; Qui admixto Sacchari nondum de-
purati, aut, uti vocant, resinati, vel
ettam mellis, dimidio cum equali fe-
cum vini, aut Cerevisie saltam, parte,
è summitatibus ejusdem præviâ fer-
mentatione bunc spiritum cum D. Ludovici
parare voluerit, haud à scopo aberrabit.
Nos tamen, neque absque omni ratione,
modum usitatiorem proposuimus, cuique
liberum, quena sequi voluerit, arbitri-
um relinquentes.*

Eâdem abstractiâ methodo destil-
lantur & aliorum vegetabilium nonnullo-
rum spiritus, uti Anisi, Hyslopi, Melissæ,
Menthæ.

SP.

SPIRITUS ACETI.

R. Aceti Vini optimi, libras octo, vel quantum placet, destillentur è cucurbitâ Vitrea balneo Maris moderato, exhibit primum phlegma, quod seorsim capiatur, tum mutato recipiente & igne paululum auctiori prodibit spiritus, quem elice viando empyreuma ad mellaginem usque in cucurbitâ residuam.

o SPIRITUS ÆRUGINIS.

R. Viridis æris purissimi, in pulverem redacti & cibrati, quantum vis, retortæ vitreæ inditum ad tertiae partis circiter repletionem, destilla, aucto gradatim igne, ex arenâ aut balneo sicco ad ignitionem tandem retortæ, spiritus inde prolectus debitè rectificetur.

o SPIRITUS ÆRUGINIS COMPOSITUS.

R. Viridis æris, uncias quatuor.
Gummi Ammoniaci, uncias duas.
Sulphuris, unciam unam semis.

In pulverem redacta & mista destillentur è retortâ vitreâ ex arenâ igne caute & gradatim administrato. Oleo scido à spiritu separato, hic rectificetur, ut artis est, & servetur in vase probè clauso.

SPIRITUS ANGELICÆ.

R. Radicum Angelicæ recens siccatorum, quantum vis, conquassatas & cum Vini Gallici quantitate proportionatâ aliquamdiu digestas, destilla per vesicam.

SPIRITUS ANISI.

R. Seminis anisi mundati & conquassati, libram semis.

Spiritus frumenti rectificati, aut Vini potius communis, Mensuram unam. Stet in infusione octiduum, tum per Maris balneum spiritum evoca.

SP.

o SPIRITUS ANTAPOPLECTICUS & EPILEPTICUS.

R. Vitrioli Ungarici aut alias optimi ad flavedinem calcinati, libras quatuor.

Rasuræ Cornu Cervi subtilissimæ libram unam.

Super porphyrite terendo exactè misce. Mixta Spiritu Vini rectificato irora & imbibe ut fiat pasta mediocris consistentiæ, quam retortæ vitreæ, probè loricatae, si igne aperto, fin minus balneo sicco cupella ferrea instructo, non loricata, cui vas recipiens satis capax adaptandum, imposita illi Camphoræ uncia unâ minutissimè concerpta, inditam, igne prius moderato, post gradatim auctiori, tandemque fortissimo, urge, donec omnes exstillaverint spiritus, quos vase idoneo exactissimè clauso exceptos excellentis virtutis compotes sollicitè serva.

SPIRITUS ANTIFEBRILIS.

R. Spiritus Nitri,
Sulphuris, ana unciam unam.

Aqua Cardui benedicti, libram unam destilla ex arenâ per retortam.

o SPIRITUS ANTIMONII SEU CLYSSVS MINERALIS.

Supra, sub hoc titulo posteriori jam descriptum, si quis paulò mitiore ac syaviorum desideret, proportionis anaticæ, effaciorem dantis, sed minus quoque gratum, spiritum, loco recipiat

Nitri purissimi, libram unam.

Antimonii optimi, libram semis.

Sulphuris flavi, uncias tres.

Ac, ut ibi indicatum, procedat.

o SPIRITUS ANTIPARALITICUS.

R. Radicum Angelicæ,
Aronis, ana unciam semis.

Radicum

BORUSSO-BRANDENBURGICUM.

177

SP.

Radicum Iridis Illyricæ,
Peucedani, ana unciam
unam.
Pyrethri, unciam semis.
Herbarum Chamæpityos,
Origani,
Pulegii,
Salviæ,
Serpilli, ana manipu-
los duos.
Foliorum Nicotianæ recentium,
manipulum unum.
Cochleariæ recentis,
manipulos quinque.
Florum Anthos,
Chamomillæ,
Cheiri,
Hyperici,
Lavendulæ, ana mani-
pulum semis.
Liliorum convallium,
Primulæ veris,
Stœchados Arabicæ,
Summitatum Abietis recentium,
ana manipulum unum.
Baccarum Lauri, unciam semis.
Caryophyllorum, drachmas
duas.
Castorii pinguis.
Rasuræ ligni Sassafras, ana un-
ciam unam.
Seminis Erucæ,
Sileris montani, ana
drachmas sex.
Concisa & contusa infundantur spiritus
lumbricorum terrestrium, ter super recenti-
bus lumbricis cohobati, libris octo, jun-
cturis optimè clausis stent in digestione o-
ctiduum, tum balneo maris distillentur, spi-
ritus inde prolectus vase exactissimè obtu-
rato servetur.

SP.

o SPIRITUS ANTISCOR-
BUTICUS.
R. Radicum Angelicæ, uncias duas.
Polypodii Quercini,
Filicis,
Raphani marini, ana
unciam unam semis.
Foliorum Cochleariæ, manipu-
los quatuor.
Nasturtii hortensis,
Becabungæ, ana manipulos duos.
Menthæ Crispæ,
Rutæ,
Salviæ, ana manipulum unum
semis.
Seminis anisi,
Fœniculi dulcis, ana dra-
chmas sex.
Cinnamomi acuti, drachmam
unam.
Zinziberis albi,
Corticum extremorum Citri, ana
drachmam semis.
Concisis & contusis affunde,
Vini Gallici, mensuras duas.
Spiritus Vini, Mensuram unam.
Stent loco tepido vase benè clauso, post
distillentur calore moderato arenae aut
balnei, spiritus abstractus magnæ aduersus
scorbutum efficaciam servetur.

o SPIRITUS ANTISPASTI-
CUS.

R. Radicum Angelicæ, unciam se-
mis.
Ireos Illyricæ, unciam
unam semis.
Peucedani, unciam
unam.
Herbæ Chamæpithyos,
Pulegii, ana manipulos
tres.

Y y

Herbæ

SP.

- Herbae Salviae,
Serpilli, ana manipulos
duos.
Cochleariae recentis,
manipulos quinque.
Florum Chamomillae,
Primulae veris, ana mani-
palos tres.
Sambuci,
Hyperici, ana manipu-
los duos.
Anthos,
Lavendulae,
Stoechadis Arabicæ, ana
manipulum semis.
Rasuræ ligni sassafras,
Castorii, ana unciam unam.
Baccarum lauri, unciam semis.

Scissis & contusis omnibus Spiritum
Lumbricorum terrestrium, ter à recentibus
lumbricis destillatum affunde, stent tridu-
um in digestione, tunc è cucurbita vitrea
Maris balneo destilla.

○ SPIRITUS APERITIVUS
PENOTI.

- R. Vitrioli Ungarici calcinati, li-
bras quatuor.
Silicum Calcinatorum, libras
duas.
Tartari albi solutione & Cry-
stallisatione depurati libram
unam semis.

Subtilissimè pulvrisata ac mixta cellæ
humidæ exponantur, ut paululum delique-
scant, tum ex arena per alembicum destil-
lentur, ac spiritus inde stillans ter super re-
siduo cohobetur, tandem omne per retor-
tam igne aperto gradatim adhibito, secun-
dum artem prolixiatur. È capite mortuo
Sal eliquetur, cui spiritum junge ac quatu-
ordecim dies digere; Demum igne rursus
a perto omnes spiritus revoca, & rectifica-
tos serva.

SP.

○ SPIRITUS AROMATICO
OLEOSUS.

- R. Cinnamomi acuti,
Flavedinis corticum exteriorum
Citri, " Aurantiorum, H
Nucis moschatæ,
Macis, ana drachmas duas.
Caryophyllorum,
Cardamomi minoris excorticati
ana scrupulum unum.
Croci orientalis, scrupulū semis.
Salis Tartari, unciam semis.
Spiritus salis ammoniaci, uncias
quatuor.

Digere vase bene clauso horas viginti
quatuor. Tum affunde Spiritus Vini Galli-
ci Rectificati, uncias duodecim, stent de-
nuò in digestione diem unum, post ut artis
est, provoca & diligenter serva spiritum.

○ SPIRITUS ARTHRITICUS.

- R. Vitrioli viridis, libras tres.

Tartari crudi,
Mumiæ,
Myrrhæ,
Masticæ,
Thuris, ana unciam unam.
Opopanaxis,
Bdellii, ana uncias quatuor.
Mellis crudi, libram unam.
Spiritus Vini optimè rectificati,
quantum sufficit.
Infunde diem & noctem postea
destilla.

○ SPIRITUS ASTHMATICUS.

- R. Æruginis, vel, quod melius, cry-
stallorum ejus, depuratio-
ne cum aceto Vini facto-
rum, uncias quatuor.

Gummi ammoniaci, uncias duas.
Sulphuris, unciam unam semis.

Misce

SP.

Misce & è retortā vitrēa amplā ex arenā
in vas recipiens capacissimum juncturis o-
ptimè clausis, ut artis est, destilla, ac spi-
ritus tandem prolectos rectifica.

○ SPIRITUS BALSAMI
VITÆ.

Hunc quære suo loco, in descrip-
tione balsami vitæ ab eodem se-
parandum.

○ SPIRITUS BENZOINUS.

R. Gummi Benzoës triti, libram se-
mis.

Spiritus Vini Rhenani, libras
duas.

Misce & quatriduum aut diutiū
digere, tum addito fabulo puro
per retortam ex arenā, igne gra-
duato, destilla, ac separato à spi-
ritu oleo, illum rectifica.

SPIRITUS BEZOARDICUS
ET EPILEPTICUS.

R. Spiritus baccarum Juniperi re-
ctificati, libram unam.

Cornu aut Ungulæ Alcis,
Cervi, ana libram se-
mis.

Olei succini, unciam semis.

Salis Volatilis Cornu Cervi,
Succini, ana dra-
chmas duas.

Misce, & si lubet, destilla, aliquan-
tis per prius digesta, per retortam,
igne leni.

○ SPIRITUS CARMINATI-
VUS SYLVII.

R. Radicum Angelicæ, drachmam
unam.

Galangæ,
Imperatoriæ, ana dra-
chmam unam semis.

SP.

Foliorum Basiliconis,
Majoranæ,
Roristmarini,
Rutæ hortensis,
Summitatum Centaurii minoris,
ana manipulum semis.
Baccarum Lauri, drachmas tres.
Seminis Angelicæ,
Anisi,
Levisticæ, ana unciam
semis.

Maceris,

Nucis Moschatæ,
Zingiberis, ana drachmam unam
semis.

Cinnamomi, drachmas sex.

Caryophyllorum,
Corticum Aurantiorum, ana
drachmam unam.

Concisis & contusis affunde Spiritus Vi-
ni Malvatici vel Hispanici, vel Galici et-
iam Rectificati, uncias quadraginta.

Digerantur per biduum in Maris bal-
neo, tunc destillentur ad siccitatem aliquam-
alem. Quicquid ascenderit Magmati reaf-
fundatur rursusque per biduum digeratur,
postea tres rursus quartæ partes destillando
evocentur, & ad usum serventur:

Residuo Spiritus Vini simplicis recti-
ficati, unciae viginti reaffundantur, denuò
per biduum digerantur, tum rursus spiritu-
osior ejus pars destillando Maris balneo aut
arenæ eliciatur, egregiâ carminandi virtute
pollens, priori tamen cedens, quæ pro
spiritu Carminativo secundario servari po-
test in solatium Pauperum.

○ SPIRITUS CARMINATI-
VUS DE TRIBUS.

R. Nitri,
Tartari, ana libras duas.
Cinerum Clavellatorum, libram
unam.

Misce & per retortam tubula-
tam, adaptato recipiente capaci,
Y y 2 cui

SP.

cui Spiritus Vini Rectificati, libræ duæ insint, pauxillum vicissatim in gerendo, circumspetè destilla, tandemque super capite mortuo rectifica.

o SPIRITUS CEPHALICUS.
Rx. Foliorum & Florum Lavendulæ,

Rorismarini,
Majoranæ,
Salviæ, ana
Manipulos
duos.

Salis Armoniaci, uncias quatuor.
Tartari, uncias tres.

Castorii, uncias duas.

Aqua Lavendulæ,
Spiritus Vini Rectificatissimi, ana
libras tres.

Misce, octiduum digere, ad medietatem destilla,
Destillati libræ uni cum semisse
adde

Olei stillaticii Rutæ drachmam
unam semis, aut
saltē guttas
triginta.

Succini, scrupu-
lum unum.

Macis,
Juniperi è baccis,
ana guttas duo-
decim.

Camphoræ drachmas tres.

Misce fiat lege artis spiritus.

Potest etiam sine Castorio & Cam-
phorâ parari.

SPIRITUS CERASORUM
NIGRORUM.

Rx. Cerasorum nigrorum maturo-
rum, quantum vis.

Contundantur unâ cum nucleis & dolio-
lo querno aut vasi terreo vitreato ad id

SP.

accommodo, satisque capaci in ditta loco re-
rido, pauxillo fæcum Vini aut saltē cere-
visiae albæ addito, stent donec fermentan-
do acidiusculum aut vinosum spirare cæ-
perint odorem, rum è vesicâ cum refrige-
ratorio lege artis destillentur, spiritus inde
natus, è cucurbitâ Vitreâ balneo Maris re-
ctificetur.

o SPIRITUS CEREBRI HU-
MANI.

R. Hominis juvenis probæ constitutionis &
valetudinis, violentâ morte perempti Ce-
rebrum cum omnibus membranis & va-
fis, spinæque medullâ conquassatum in
mortario lapideo, cucurbitæ vitreæ aut
phiolæ satis capaci inde, & adde Aquar-
um Cephalicarum ac spiritus Vini ana
ad eminentiam quatuor aut quinque di-
gitorum. Claude vitrum Hermetice
& annum unum aut plures asserva; Po-
stea balneo roris destilla & cohobando
sæpius fac, ut tota cerebri substantia a-
quarum ac spiritus vehiculo alembicum
transcedat. E fæcibus post sufficien-
tem cohobationem, calcinatis Salem ex-
trahe, quem satis depuratum deinceps
spiritui digerendo conjugue.

SPIRITUS COCHLEARIAE.

Rx. Herbae Cochleariaæ florentis,
quantum placet.

Contunde ac veficæ imposito affunde
succi cochleariaæ recens expressi quantum
sufficit, juncturis, accommodato refrigerato-
rio ac recipiente commodo, probè clau-
sis, ac munitis destilla igne moderato spi-
ritum, quem recenti herbæ reaffusum, semel
iterumque destilla, rectifica ac probè obtu-
ratum serva.

Nota; Cui bunc ad instar spiritus Absintiæ
abstractiæ supra descripti, mediante spi-
ritu frumenti cum Mollenbroccio Cochle-
aria curiosa. c. 12. p. 76. iteratò à recen-
ti cochlearia abstracto parare libuerit,
utpote qui ab eodem Autore aliisque
superiori fermentatitio prefertur, huic
dicam haud scribemus, servato tamen
etiam predicto, suo, quod meretur, pre-
tio & valore.

o SPIRI-

SP.

○ SPIRITUS CORNU ALCIS.

Hunc parandi modus cum spiritu Cornu Cervi coincidit, quem sub titulo salis Cornu Cervi volatilis vide, eodem enim destillandi modo spiritus una cum sale Volatili elicitur è quocunque cornuum aut Ungularum genere, præcipuum negotium, quoad spiritus, in eorum à sale & oleo commode separandorum encheiresi ac debitâ rectificatione consistit.

SPIRITUS CORNU CERVI.

Vide de hoc titulum Salis Cornu Cervi Volatilis.

Unius enim & ejusdem destillationis tām sal quām spiritus proles est, certā & illic indicatā encheiresi ab invicem & oleo iocido separanda.

○ SPIRITUS CORNU CERVI ESSENSIFICATUS.

R. Salis Volatilis Cornu Cervi unciam unam.

Spiritus Vini Gallici rectificatiuncias duas semis.

Misce & destilla.

○ SPIRITUS CRANII HUMANI.

E rasurā recenti Cranii humani, violentā morte perempti, è retortā terreā aut lapideā potius, capaci probè loricatā, recipiente ampio instrūctā, ad instar aliorum ossium aut cornuum destillatur ex arenā, igne successivē graduato ad ignitionem usque retortae, donec nulli amplius elicuntur sumi. Spiritum ita prolectum Sale volatiliturgidum, ab oleo per chartam emporetiām duplīcē humectatam separa, spiritumque sic separatum, aut sic cum sale, aut rectificatione, ut in spiritu Cornu Cervi dictum, à sale separatum, seorsim serva.

○ SPIRITUS CYDONIORUM.

Ut omnium aliorum fructuum spiritus, quorum normam spiritus Cerasorum nigrorum præbet, è malis Cotoneis rasurā aut quocunque alio modo in magma sine

SP.

expressione redactis, fermentando ac postea destillando & rectificando fit.

○ SPIRITUS FEBRIFUGUS & DIAPHORETICUS.

R. Radicum Angelicæ, Imperatoriaæ, Valerianæ, Contrayervæ, Zedoariæ, ana unciam unam.

Dictamni albi, Aristolochiaæ rotundæ Chelidoniæ majoris, ana drachmas sex.

Foliorum Carduibenedicti, Scabiosæ, Rutæ, Scordii, ana manipulum unum.

Melissæ, Dictamni Cretici, ana manipulum semis.

Florum Hyperici, Calendulæ, Sambuci, ana pugillos tres.

Baccarum Juniperi, Lauri, Corticis Gvajacini, Ligni Sassafras, ana unciam semis. Corticis Citri,

Aurantiorum exterio- rum, ana drachmas quinque.

Seminis Sileris montani, Apii, ana drachmas duas.

Croci optimi, unciam semis.

Nucis moschatæ, Myrrhæ rubræ, sali armoniaco, ana seorsim mixtæ.

Cardamomi majoris, ana drachmas tres.

Z z

Opii

SP.

Opii correcti, unciam semis.
Cinnamomi acuti, uncias tres.
Concifis ac contusis affunde
Spiritus Tartari, uncias tres.

Vini à radicibus Angelici
cæ prius abstracti, libras octodecim.

Macerentur octiduum vase optimè clauso, Maris balneo calente, tum per emporeticam colentur, Colatura sollicitè servetur.

SPIRITUS FOENICULI.

R. Summitatum fœniculi cum semine quantum vis,
Spiritus Vini Gallici optimi,
quantum sufficit.

Infusæ stent diem unum aut alterum, tum destillentur ut artis.

SPIRITUS FORMICARUM.

R. Formicarum circa Solstitium æstivum die serenâ decrescente Lunâ in cucurbitam unâ cum ovulis collectarum & à festucis mundatarum, quantum placet. Affunde iis Spiritus Vini rectificati ad trium digitorum eminentiam, vase optimè clauso, digere biduum, postea imposito cucurbitæ alembico, & applicato recipiente, juncturis optimè clausis, ex arenâ destilla, donec striæ disparere incipiunt. Spiritum destillatum recentibus formicis affunde, digere ac denuo, uti prius destilla.

SPIRITUS FRAGORUM.

Eodem quo Spiritus Cerasorum modo per fermentationem paratur.

SPIRITUS FULIGINIS.

R. Fuliginis ligni Querni nigerimæ, compactæ & splendentis, quantum vis.

Imple retortæ terreæ optimè loricate, tertiam partem, recipiente applicato capacissimo & juncturis optimè clausis, igne aperto, initio leni, postea gradatim au-

SP.

cto destilla. Spiritum prolectum, cum sale Volatili, ac oleo è recipiente effusum, ab oleo chartâ bibulâ madidâ separa, ac uti in spiritu Cornu Cervi monitum è cucurbitâ alembico & recipiente instructâ ex arte rectifica.

o SPIRITUS FUMARIÆ.

Eodem quo Spiritus Absinthii modo fit.

o SPIRITUS HÆMATITÆ.

Qualis communiter paratur non hæmatitæ sed salis potius Armoniaci volatilis est Spiritus, paucis hæmatitæ floribus imprægnatus. Modus talis est.

R. Lapidis Hæmatitæ, libram unam. Salis Armoniaci, libras duas.

Subtilissimè pulverisata & optimè mixta è cucurbitâ vitræ, probè in fundo lutata, ex arenâ, gradatim aucto igne sublima, recipiente accommodato & juncturis exactè clausis; Prodibit liquor satis parcè, sequente sale volatili eleganti floribus hæmatitis imprægnato, crocei coloris & odoris, egregiarum virtutum, Aroph seu Aroma Philosophorum quibusdam audiens. Liquor è retorta vitræ rectificatus spiritus ille est, hæmatitæ communiter dictus, reverâ autem Salis Armoniaci volatilis, à floribus quibusdam hæmatitæ croceo colore saturatus, non contempnendæ virtutis.

o SPIRITUS HYPERICI FLORUM.

R. Florum Hyperici circa Solstitium æstivum collectorum recentium ac vegetorum, quantum vis.

Affunde in vase proportionato spiritus Vini ad eminentiam quatuor aut plurium digitorum, stent in infusione octiduum ciceriter, tum ut artis est è balneo Maris organis vitreis destilletur spiritus, super recentibus, si fortiorum desideras, floribus semel, iterumque cohobandus.

o SPI-

SP.

○ SPIRITUS HYSSOPI.

Ad instar spiritus Absinthii fit.

SPIRITUS JUNIPERI ē
BACCIS.

℞. Baccarum Juniperi recentium
benè maturatarum, quantum
placet.

Conquassatis in vase querno aut ter-
reo devitreato affundatur modicum aquæ
tepidæ, ut probe madescant, & puluis liqui-
diusculi consistentiam acquirant, ac addito
pauxillo fæcum vini, aut saltem cerevisiæ,
ad fermentandum disponantur, quâ rite
peracta, ubi acidum aut vinorum odorem
spirare occipiunt, destilla, ut supra de spi-
ritu cerâorum nigrorum indicatum &
rectificata.

SPIRITUS LAVENDULÆ.

Sæpius super recens assumta lavendulæ
folia & spicas cohobatus & rectificatis-
mus requiritur.

○ SPIRITUS LEVISTICI.

℞. Summitatum Levistici, quantum
vis Contusis affunde Spiritus
Vini Gallici optimi quanto
opus.

Stent dies aliquot in digestione caloris
leni, vase probe clauso, tum destillentur, ut
artis est.

○ SPIRITUS LIGNI SAN-
CTI.

℞. Scobis recentis Ligni Sancti,
quantum cupis.

Imple cā retortæ terreæ loricatæ medi-
am circiter partem destilla recipiente am-
plo accommodato, juncturis optimè luta-
tis, igne aperto gradatim aucto, & prodi-
bit cum oleo liquor acidus, ab illo sepa-
randus & seorsim rectificandus.

SP.

SPIRITUS LILIÓRUM CON-
VALLIUM.

E conquassatâ florum sufficienti
quantitate affuso aquæ calidæ mo-
dico, & addito Vini aut cerevisiæ
albæ fæcum pauxillo, post fermen-
tationem debitam instar aliorum ē
fructibus fermentatis spirituum de-
stillando ē vesicâ, & rectificando
paratur.

SPIRITUS LUMBRICORUM
TERRESTRÍUM CUM
VINO.

℞. Lumbricorum terrestrium stupâ
depuratorum aut lotorum,
quantum sufficit.

Super infunde spiritus vini rectificati ad
trium digitorum eminentiam, digere qua-
triduum vase probè obturato, tandem ex
arenâ, juncturis exactè clavis destilla, spi-
ritum prolectum aliis Lumbricis reaffun-
de, digere ac denuò ex arena igne mode-
rato revoca.

○ SPIRITUS LUMBRICORUM
TERRESTRÍUM COMPOSITUS.

℞. Lumbricorum terrestrium per
stupam depuratorum, quan-
tum placet,

Misce cum medullâ panis triti-
cei quantum sufficit.
Affunde Spiritus Vini rectificati
quantum satis.

Digerantur aliquamdiu & co-
lentur, idque ter repele, huic
infusioni tandem addantur
recentes lumbrici depurati
quantitate sufficiente, hisque
Radicum Angelicæ,

Iridis,
Aristolochiæ rotun-
dæ, ana unciam
unam.

SP.

Herbæ Chamædryos,
Chamæphytos,
Melissæ, ana manipulum
unum.

Florum Anthos,
Salviæ,
Tiliæ,
Primulæ Veris,
Liliorum convallium,
ana manipulum se-
mis.

Croci Austriaci, drachmam
unam.

In pulverem prius redactis affunde præ-
dictum spiritum infusum & colatum, stent
unum alterumve diem indigestione caloris
blandi, tum organis vitreis, ut artis est, de-
stillat, destillatum commodè serva.

o SPIRITUS LUMBRICO-
RUM TERRESTRIVM
VOLATILIS.

R. Lumbricorum terrestrium repurgato-
torum & conquassatorum quantitatem
sufficientem, stent vase clauso donec pu-
tressant ac fermententur ac foetore urin-
oso putredinem sufficientem prodat,
tunc è retortâ vitrâ igne arena destilla
in excipulum satis capax, juncturis opti-
mè clausis, spiritumque destillatum de-
bitè rectifica.

o SPIRITUS MASTICINUS.

R. Mastiches electæ, libram semis
tenuissimè tritam.

Spiritus Vini Rectificati, quan-
tum sufficit ad eminentiam
duorum digitorum, digere octi-
duum vase probè clauso, postea è
Maris balneo destilla juncturis o-
ptimè munitis.

o SPIRITUS MATRICALIS.

R. Cinnamomi acerrimi,
Nucis moschatæ,

SP.

Macis,
Zinziberis,
Caryophyllorum,
Granorum paradisi,
Cubebarum,
Cardamomi, ana unciam unam
semis.

Piperis longi, unciam semis.
Galangæ,
Zedoariæ, ana unciam unam.
Fol. Salviæ minoris,
Menthæ Crispæ
Fœniculi,
Melissæ, ana manipulum
unum.

Pulverisanda pulvorientur singula seor-
fim, tum mixtis omnibus affunde Spiritus
Vini generosi mensuras tres. Digeratur
vale optimè clauso, aliquamdiu, tum lege
artis destillentur, ac vel seorsim serventur
sub titulo supra scripto. Velsi Camphoratum
volueris, rostro Alembici Camphoræ, quan-
tum placet, cum paucis granis Kermes nodu-
lo inclusis inde, sic inter destillandum cam-
phoram absorbebit spiritus ac à granis Ker-
mes gratum ruborem induet, hæcque ra-
tione SPIRITUS MATRICALIS campho-
rati titulum merebitur, sine Camphorâ au-
tem maximè cum Aquâ Vitæ mulierum
affinitate pollet.

SPIRITUS NITRI.

R. Nitri purissimi, libram unam.
Laterum pulverisatorum, libras
duas.

Pulverisata misce exæcte & è retorta lapi-
deâ aut vitrâ probe loricatâ, igne grada-
tim administrato in receptaculum yalte
capax, cui paululum aquæ simplicis insit, de-
stillentur, ut artis est, donec rubor omnis
cesset, ac spiritus refederint, quos refrige-
ratis omnimodè vasis exime, ac ex arena,
rectifica.

SPIRITUS NITRI ANTI-
COLICUS.

R. Spiritus Nitri Rectificati, libram
semis.

Spiritus

SP.

Spiritus Carminativi Sylvii, libram unam.

Essentiæ Carminativæ, uncias duas.

Misceantur ac digerantur, ac è retortâ vitrâ terno cohobio, ut probe uniantur, evocentur.

**SPIRITUS NITRI DULCIS,
ALIIS ESSENTIA NITRI.**

R. Spiritus Nitri dephlegmati libram semis.

Vini Rectificati, libras duas.

Mista digerantur triduum, postea destillentur ac cohobentur retortâ vitrâ ter, ut optimè uniantur, spiritusque Nitri mitescat.

o SPIRITUS RORISMARINI.

R. Summitatum Rorismarini recentium cum floribus, libras duas.

Spiritus Vini Rectificati, libras quatuor.

Stent in digestione vase optimè clauso octiduum, tum è cucurbitâ Vitrâ juncturis probè clausis, igne moderato ex arenâ destilla.

o SPIRITUS ROSARUM.

R. Rosarum fragrantium, nondum plenè hiantium sufficientem quantitatem.

Contunde probè & in vase vitreato vel ligneo pauxillo salis, aut, si cum Ludovico mavis, Sacchari ana adjecto, impastentur sicque stent donec fermententur. Ubi fermentatæ acidum spirare incipiunt, Vesicæ impone & affusâ, quantum sufficit, ad præcavendum empyreuma, aquâ Rosacea, capitello ac refrigeratorio, cum recipiente accommodato, juncturisque exactè clausis, & munitis igne moderato destilla, destillatum recentibus Rosis fermentatis reaflunde, ac destilla, idque bis terve reitera, tandem è maris balneo rectifica.

SP.

o SPIRITUS RUBI IDÆI.

E baccis conquaßatis ac fermentatis aliorum instar fructuum spiritus, prout in spiritu cerasorum nigrorum norma illorum destillandorum cernitur, parandus.

SPIRITUS SALIS ARMO-NIACI.

R. Salis Tartari optimè depurati & coagulati,

Salis Armoniaci in pulverem redacti, ana libram unam.

Sal Tartari indatur cucurbitæ vitræ, eique Sal Armoniacus Aquâ fontanâ purissimâ solutus ac per emporeticam duplum colatus affundatur, moxque imposito alembico ac adaptato excipulo, juncturis debite munitis ex arenâ igne moderato destilletur.

Residuum ad siccitatem evaporatum Sal præbet aperitivum & antifebrile Sylvii haud contempnendum.

SPIRITUS SALIS ARMONIA-CI ANISATUS.

R. Spiritus Salis Armoniaci rectificati, uncias sex.

Vini Anisati rectificati, libram unam.

Olei destillati Anisi, drachmas duas.

Mixta digerantur in phiolâ optimè obturata oœtiduum, postea è cucurbitâ igne arenæ destillentur.

SPIRITUS SALIS ARMONIA-CI CUM CALCE VIVA.

R. Salis Armoniaci in sufficienti quantitate Aquæ communis soluti & filtrati, libras tres.

Infunde cucurbitæ capaci vitræ, cui celeri manu Calcis vivæ tantundem insperge & actutum imposito Alembico, ad id ante adaptato, ac apposito recipiente, juncturas quam potes citissimè & arctissimè claude, ac sollicitè muni, tum igne initio lenissimo destilla, donec omnis spiritus suerit evocatus, quem rectifica.

Nota; E capite mortuo Salem quere Ammoniacum fixatum.

A a a

o SPI-

SP.

○ SPIRITUS SALIS ARMONIACI SUCCINATUS.

Paratur, spiritus Salis Armoniaci Vinosi (de quo mox) librae uni, olei stillatitii succini unciam semis jungendo, quattriduum digerendo, rursusque destillando.

SPIRITUS SALIS ARMONIACI VINO-SUS.

Paratur, si spiritui Salis Armoniaci cum Sale Tartari, aut saltem Calce vivâ parande, in recipiente spiritus Vini proportionatam quantitatem adjeceris, & spiritum inde natum duplicatum simul e cucurbitâ igne arenæ rectificaveris.

SPIRITUS SALIS COMMUNIS RECTIFICATUS.

R. Salis Marini, libras quatuor.

Solvatur Aquæ fontanæ, quantum sufficit ac filtrando purgetur, purgatus exhalat ad cuticulam ferè. Muriæ huic Boli vulgaris, aut argillæ saltem torridæ ac pulverilatæ, quantum sufficit, librae circiter decem aut duodecim impastentur, ut fiat massa ad formandum globulos apta, qui parandi ac probè siccandi. Tunc retortæ indendi ac adaptato recipiente amplissimo igne aperto gradatim adhibito, tandemque vehementissimo, ut retorta omnis intensissimè candeat, spiritus omnes eliciendi, qui retortâ postmodum vitrâ rectificandi.

Quod si huic spiritum hunc parandi modo communis, Ludovicianum cum Salis & Aluminis ana præserre malueris, copiosior rem forte, sed omni stipticitate Aluminosâ haud vacantem nancisceris.

SPIRITUS SALIS DULCIS.

R. Spiritus Salis prædicti rectificati, libram unam.

Vini rectificati, libras tres.

Digerantur & circulentur vase commodo prius oculidum, posteâ retortâ vitrâ ex arenâ igne gradatim suppeditato avocentur ac semel iterumque pro arctiori unione cohobentur.

SP.

○ SPIRITUS SALIS SOLARIS.

Solutio potius est Auri Ceraunii spiritus Salis rectificati beneficio secundum artem facta.

Nota; Si aurum fulminans spiritu salis armoniaci ex Aquâ Regiâ precipitaveris, ac loco spiritus salis rectificati, spiritu salis dulci solveris loco spiritus supra distinctetur am auream nancisceris multò quam ille mitiorem & usu & effectu commodiorem, quem nonnulli tincture solaris titulo dignantur.

SPIRITUS SAMBUCI ē BACCIS.

Fermentationis beneficio ad normam spiritus Cerasorum nigrorum fit.

○ SPIRITUS SAMBUCI ē FLORIBUS.

Ad instar Spiritus Rosarum destillatur.

○ SPIRITUS SANGUINIS CERVI.

R. Sanguinis Cervi mense Mayo jūgulati quantitatem sufficientem, calentem, fieri potest, cucurbitâ vitrâ exceptam, destilla maris balnei calore moderato ad medietatem. Liquori destillato adde spiritus Vini rectificati uncias tres, & sic super residuo semel iterumque cohobando rectifica.

○ SPIRITUS SCELOTYRBLICUS SEU ANTISCORBUTICUS.

R. Herba recentis Cochleariae, Trifolii palustris, Beccabungæ, ana manipulos tres. Nasturtii aquatrici, Nummulariæ, ana manipulos duos. Persicaria, Herba

SP.

Herbae recentis Rutæ, ana mani-
pulum unum
semis.

Radicum Raphani marini re-
centis,

Ari recentis, ana un-
ciam unam semis.

Seminis Anisi mundati, unciam
semis.

Cochlearia, drachmas
duas.

Corticum Citri exteriorum re-
centium, drachmas sex.

Concisis & conquassatis affunde spiritus
baccarum Sambuci per fermentationem
parati, quantum sufficit ad eminentiam
quatuor digitorum, digere triduum vel
quatriiduum vase bene obturato, tandem
leni calore arenæ aut maris balnei spiritum
evocâ, in vase optimè clauso servandum.

SPIRITUS SERPILLI.

In hoc parando eadem quæ in spiritu
Lavendulæ acribeia desideratur.

SPIRITUS SULPHURIS.

Vide supra titulum olei sulphuris per
campanam.

SPIRITUS TARTARI.

R. Tartari qualiscunque Solutione, colatu-
ra & coagulatione depurati, quantum
vis, imple illo tertiam retortæ lapideæ
partem, ac ex arenâ in recipientem satis
capacem probe adaptatum ac lutatum,
gradatim aucto igne spiritus omnes unâ
cum oleo foetido destilla, spiritus ab oleo
chartâ emporeticâ duplicata, humecta-
tâ separa, ac utrumque, illum per se è cu-
curbitâ, hoc à capite mortuo calcinato
rectifica. Salem Tartari in residuo, à
rectificatione olei rursus calcinato, quæ-
re, &c, ut artis est, solvendo elue, coa-
gula & depura.

SPIRITUS TEREBINTHINÆ.

R. Terebinthinæ depuratæ claræ,
quantum placet.

SP.

Affuso in Vesicâ cupræ aut cucurbitâ vi-
treâ humili aquæ limpidæ triplo, destilla
igne initio moderato, phlegmatis acidulâ
parum, mox oleum album, quod spiritus
nomine venit, scorsim excipiendum, cui
succedit continuato parumque aucto igne
flavum, tandemque auctiori rubrum, de-
mum rectificandum.

SPIRITUS THERIACALIS CAMPHORATUS.

R. Theriacæ Andromachi, uncias
decem.

Croci Orientalis, unciam unam.

Myrrhæ rubeæ, uncias quinque.

Spiritus Vini rectificatissimi, li-

bras duas.

Stent vase exacte clauso loco tepido tri-
diuum, tum è cucurbita, imposita alembico.
Camphoræ uncia semis, juncutris sollicitè
clausis ac munitis, è balneo maris calore
successive aucto destillentur spiritus omnes.

SPIRITUS DE TRIBUS.

Vide Mixtura simplex.

SPIRITUS TRIFOLII A- QVATICI.

R. Trifolii aquatici recentis, conquassati,
quantitatem sufficientem, affuso pauxillo
aquæ calidæ & fecum vini, vel cerevisiæ
addito, prævia fermentatione è vesicâ ac-
commodato capitello, refrigeratorio
& recipiente, juncutris debite occlusis
igne moderato, ut empyreuma præca-
veatur, destilletur. Spiritus prolectus
recentibus herbis reaffundatur, ac è ve-
sicâ revocetur, idque aliquoties bis ter-
ve reiteretur, tandem omnis inde natus
spiritus è cucurbitâ vitreâ balneo maris
rectificetur.

SPIRITUS VENERIS CON- TRA EPILEPSIAM.

R. Crystallorum Viridis æris, quan-
tumvis.

In pulverem redactas retortæ vitreæ ex-
acte loricatae inde & igne aperto aut bal-

SP.

neo sicco initio leni, sed gradatim aucto destilla, donec omnis sit prolectus spiritus, quem per Alembicum ex arena rectifica.

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS.

R. Spiritus Vini optimè rectificati, libram unam.

Camphoræ, unciam unam semis.

Stent in digestione lenissimâ donec Camphora omnis sit soluta, tum per alembicum, quò exactius uniantur, destilla.

SPIRITUS VINI RECTIFICATUS.

R. Spiritus Vini, quantum vis.

Infunde Cucurbitæ excellæ, ac optimè adaptato alembico cum recipiente, juncturisque solidissimè lutatis, medietatem ejus lenissimo balnei calore avoca, & probè obturato vitro serva.

Quod si hujus denuò medietatem balnei roridi calore lenissimo abstraxeris, phlegmate omni liberatum Alcohol Vini audit.

SPIRITUS VINI TARTARISATUS.

R. Spiritus Vini optimè, ut dictum, rectificati, libras duas.

Salis Tartari probè depurati & siccati, uncias quatuor.

Misce & è cucurbita vitrea juncturis exactè munitis igne arenæ moderato destilla

SPIRITUS VITÆ AUREUS RULANDI.

R. Diacarthami Arnoldi de Villa nova, cuius dispensationem in Pharmacopœia Augustanâ novâ 1694. editâ pag. 80. require, recens dispensati, uncias duas.

Trochisorum Alhandal, drachmas duas.

Affunde Spiritus Vini Hispanici aut saltem Rhenati non nimis rectificati, ad eminentiam quatuor digitorum, stent loco ca-

SP.

lido in digestione octiduum, tunc colentur per emporeticam & serventur.

SPIRITUS VITRIOLI ANTEPILEPTICUS.

R. Vitrioli Ungarici, ad albedinem spontè calcinati & pulverisati, libras tres.

Limaturæ Cranii humani violentâ morte peremti,

Rasuræ ungulæ Alcis,

Cornu Alcis,

Cervi, cum cranio vicino.

Coralliorum rubrorum præparatorum,

Visci Querni pulverisati,

Seminis Pœoniæ, ana uncias duas.

Mixtis his omnibus exactè ac retortæ vitreæ satis capaci optimè lutatæ inditis affunde spiritus Vini Rectificati quantum sufficit, libras ciriter tres aut quatuor, tum igne aperito aut balnei siccii, quod tutius gradatim adhibito, ac successivè aucto ad candescientiam usque retortæ omnimodam, spiritus omnes elice.

Spiritum egressum ex arenâ rectifica, eique adde

Salis Pœoniæ,

Rutæ,

Succini Volatilis, ana drachmam unam.

Digerantur mensa integrum & circumlentur donec exactè uniantur.

SPIRITUS VITRIOLI MARTIS.

R. Vitrioli Martis, quantum vis.

Inde calcinatum leni calore ad albedinem retortæ probè loricatae, ac uti spiritum alium Vitrioli in recipientem capacissimum destilla, igne primùm aliquamdiu moderato, post per gradus aucto, tandem vehementissimo, triduum noctes diesque continuato, donec omnes spiritus elicueris,

SP.

ris, tum cautè recipientem à retortâ, adhuc candente abstrahe, ac spiritum minori retortâ ex arenâ rectifica.

○ SPIRITUS VITRIOLI PHILOSOPHICUS.

R. Aquam à præcipitatione & edulcoratione Mercurii vitæ redundantem, bibulâ colaram infunde retortæ Vitreæ ac balnei siccii calore lenissimo, primùm phlegma omne superfluum evapora, donec gustu percepereis spiritum satis acrem linguam tentantem, tunc admoto ac adaptato recipiente & lutatis juncturis, igne perderentim aucto omnem spiritum ad ficitatem usque evoca.

SPIRITUS VITRIOLI SIMPLEX.

E calcinati ad rubedinem usque Vitrioli quantitate sufficienti, è retortâ vitreâ optimè lutatâ recipiente capacissimo munitâ, cui tertia forte pars, ponderis vitrioli ad hoc opus assumti, insit aquæ simplicis, commissuris exactissimè clausis, igne aperto, primùm leni, phlegmatis parum destilla, tum aucto gradatim ac successivè igne urge, ac ad candorem usque retortæ summum perge, quo intensissimo ignis gradu continua dies noctesque, donec omnes Nebulae, simulque spiritus cessent; Tum prout in spiritu vitrioli Martis dictum, Recipientem candente adhuc retortâ cautè separa, ocyssime obtura, spiritus prolectos in Maris balneo dephlegma, tandem è retortâ vitreâ ex arenâ aut balneo siccio rectifica.

○ SPIRITUS VITRIOLI TARTARISATUS.

R. Vitrioli Ungarici aut Salisburgensis, libras duas.

Crystallorum Tartari, libram unam.

In pulverem redacta & exactè mixta ac spiritu vini probe irrorata atque retortæ optimæ lutatae indita, igne sufficienti satisq; vehementi, in excipulum capacissimum exactissimè lutatis juncturis propelle; liquorem egressum super capite mortuo semel

SU.

iterumque cohoba, postea ex arenâ rectifica, spiritumque à liquore separa.

○ SPIRITUS VITRIOLI VOLTILIS.

R. Vitriolum commune solvendo, filtrando & coagulando depuratum, inde cucurbitæ humili terreæ, alembico & recipiente instructæ atque balneo phlegma, quod roris nomine venire solet, abstrahe, quo abstracto reliquum arenæ impone ac igne moderato spiritum subtilissimum elice, quem volatilem vocant, qui que hujus loci. Quod reliquum in cucurbitâ, spiritui adhuc simplici Vitrioli, modo supra edocto, destillando sufficit.

SUCCI EXPRESSI, CONDENSATI & FLUIDI.

Suceos enumeratorum in catalogo vegetabilium secundum artem exprimendi, depurandi, sive vel fluidos conservandi, vel sine corruptione aut empyreumate ad justam ac servabilem consistentiam insiprandi negotium, cum ad artem & encheiridium Pharmaceuticam præcipue spectet, eamque requirat, Pharmacopœiorum dexteritati merito relinquimus.

○ SULPHUR AURATUM ANTIMONII FIXUM DIAPHORETICUM.

R. Scorias Reguli Antimonii Martialis, sub hoc titulo supra descripti, primæ fusonis, pulverisentur refrigeratæ, aut quod melius, exponantur aëri libero mox à fusione, loco à pulvere & pluvia femo-to, diem unum aut alterum, donec in pulverem nigrum fatiscant. Hunc pulverem in vitrum capax impone ac ex eo affusa aqua sufficiente simplici fontanæ aut pluvia fac lixivium, pulverem aliquoties bacillo subruendo, donec sulphur sali combinatum, successivè affusione & effusione aquæ, omne sit extractum. Extractiones omnes confusæ stent horas viginti quatuor immota, postea per chartam emporeticam trajiciantur. Filtrato huic lixivio in vitro, aut olla mundâ debite vitreatâ cochleatim infunde

SU.

Tartari albi purissimi, in aquâ servidâ & probè filtratâ, factam solutionem, quâ successivè copia satis magnâ affusa præcipitabitur sulphuris antimonii initio rubri & saturati coloris, mox magis aurei, tandemque citrini & pallidioris, omne sic præcipitatum sulphur, præsertim primæ præcipitationis, à supernatante aquâ separatum, in filtro restans pulveris formâ, solis aut alio moderato calore siccata, quod sulphuream indolem prunæ injectum flammâ cœruleâ satis demonstrat. Siccatum in vitro aut olla priori pura cum aquâ calcis vivæ saturatâ & satis acri horas quatuor continuas igne sufficienti strenue coque, absuntæ evaporando aquæ recentis calcis aquam identidem reassundendo, donec fixatum continua coetione sulphur illud Antimonii fixum, fundum sponte petat, nec ad superficiem ulterius ascendat, quod tum demum à restante lixivio separatum in crucibulo forti tecto, igne satis valido ignito, per quadrihorium integrum & continuum calcinandum, ac reverberandum & bacillo ferreo subinde cautè agitandum, quô, si quid illi adhuc sulphuri phlogisti inhæreat igniendo hâc ratione penitus exhalet, relicto pulvere purpureo, omnem flammæ vim stupenda fixitate eludente, miræ ad promovendam blandè diaphoresin, & movendum cum euphoriam sudorem, virtutis & efficaciat.

SUPPOSITORIUM COMMUNE.

Ex mellis, Vitelli, & salis, quantum sufficit, ut artis est paratur, cum pulveris Aloës rutæ ac cumini ana quantum sufficit pro re natâ acendum.

SUPPOSITORIUM CUM SPECIEBUS HIERÆ COMPOSITUM.

R. Specierum Hieræ picræ, unciam semis.

Pulveris Colocynthidis, drachmam unam.

SY.

Muscerdæ, drachmam semis.

Vitelli, numero unum.

Salis, scrupulum unum.

Mellis, unciam unam.

Misce redigantur ad consistentiam justam & fiant pro exigentiâ suppositoriâ proportionata.

o SYRUPUS ABSINTHI COMPOSITUS.

R. Absinthii Romani, libram semis. Foliorum Rosarum rubrarum, uncias duas.

Spicæ Indicæ, drachmas tres.

Infundantur in vini albi generosi libris duabus, ac in cucurbitâ alembico cæco clausâ digerantur horis viginti quatuor, tum vinum, virtutibus specierum imprægnatum, cum expressione aliquali coletur.

Colaturæ adde Succi Cydoniorum per resistentiam depurati, libras duas.

Sacchari albissimi, libras tres cum semisse.

ac bulliendo sub alembico, tandemque, ut artis clarificando, in Syrupum justæ consistentiæ reduc.

o SYRUPUS FLORUM ACACIÆ.

R. Florum Acaciæ vulgaris, libras duas.

Infundantur in libris quatuor aquæ calentis, digerantur per noctem; Aqua à floribus leni expressione separata recentium Acaciæ florum, libris duabus rursus affundatur, digeratur ut ante & separetur, idque tertia vice repetatur; Huic tandem aquæ leni expressione à Floribus tertia vice separetur, adde

Sacchari

BORUSSO-BRANDENBURGICUM. 191

SY.

Sacchari albissimi, libras quatuor.

post debitam, ex arte, clarificationem, Syrupum justæ consistentiæ confice.

o SYRUPUS ACETOSÆ EX SUCCO.

R. Succi Acetosæ recentis expressi & per residentiam depurati libras tres, Sacchari albi libras duas, coquantur igne convenienti ad Syrupi consistentiam.

o SYRUPUS ACETOSELLÆ.

E succo Acetosellæ, eodem quo præcedens de Acetosâ, modo paratur.

o SYRUPUS ACETOSITATIS CITRI.

R. Succi Citri, aut limonum potius recentis, sine expressione, per pannum rarum, colati, libram unam semis,

Sacchari albissimi clarificati & ultra tabulati consistentiam cocti, libras tres, unicâ super igne moderato ebullitione fiat Syrupus justæ consistentiæ.

o SYRUPUS AGRESTÆ.

E succo uvarum paulò ante maturitatem expresso & per residentiam depurato fit, hujus libras tres.

Sacchari albissimi libris duabus addendo & ad Syrupi consistentiam coquendo.

SYRUPUS ALTHÆÆ FERNELIL.

R. Radicum Althææ, uncias duas.
Asparagi,
Graminis,
Glycyrrhizæ, ana unciā semis.

SY.

Cymarum Althææ,
Adianthi utriusque,

Malyæ,

Parietariae,

Pimpinellæ,

Plantaginis, ana manipulum unum.

Cicerum rubrorum, unciam unam.

Uvarum passarum exacinatum, unciam semis.

Seminum quatuor frigidorum majorum & minorum, ana drachmas tres.

Coquantur in aquæ fontanæ libris sex, ad casum tertiae partis, Colatur & libris quatuor adde Sacchari albissimi libras totidem, ac coquendo, & ut artis, clarificando, redigantur in Syrupum.

o SYRUPUS AQVILEGLÆ.

Paretur juxta modum in Syrupo florum Acaciæ præscriptum e floribus Aquilegiæ.

o SYRUPUS DE ARTEMISIA COMPOSITUS.

R. Artemisiæ, manipulos duos.

Betonicae,

Buglossi,

Calaminthæ,

Chamædryos,

Centaurii minoris,

Dictamni Cretici,

Hyperici cum floribus,

Ivæ Artheticæ,

Majoranae,

Matricariae, cum floribus

Melissophylli,

Origani,

Persicariae,

Pulegii,

Rutæ,

B b b 2 Sabinæ,

SY.

Sabinæ, ana manipulum semis.
 Radicum Apii,
 Asparagi,
 Calami aromatici,
 Cyperi,
 Enulæ,
 Fœniculi,
 Iridis,
 Petroselini,
 Pimpinellæ,
 Rubiæ,
 Rusci, ana unciam semis.
 Baccarum Juniperi,
 Seminis Anisi,
 Apii,
 Nigellæ,
 Petroselini,
 Cardamomi,
 Cassiæ ligneæ,
 Costi amari,
 Macis, ana drachmas duas.

Pulverisata omnia infundantur in Aquæ puræ libris quinque, stent diem & noctem in digestione caloris lenissimi in cucurbitâ aliquâ minori obturatâ, remoto obturaculo alembicum impone, juncturas claude, ac aquæ spirituofioris libram forte semis excipe, reliquum igne intensiori coque, ad duarum tertiarum consumtionem, tum exprime, ac ovi albumine clarificatum, additis Sacchari albi, libris duabus, ad tabulati ferè consistentiam coque, cui aquam illam spirituosiorem redde, & unicâ forte ebullitione aut alterâ ad consistentiam justam redige.

SYRUPUS AURANTIORUM CORTICUM.

¶. Corticum Aurantiorum extimorum recentium, libram semis.

Aquæ Naphæ, libram unam, digere in cucurbitâ operculatâ optimè clausâ, ne quid exhalet, horas viginti quatuor, postea exsume ac

SR.

cum Sacchari albissimi librâ unâ semis in eâdem cucurbitâ obturatâ solvendo tantum, blando calore in syrapi consistentiam redige.

SYRUPUS BERBERUM.

¶. Succi Berberum recentis depurati,

Sacchari albissimi, ana libras duas.

Coquantur secundum artem in syrumpum.

SYRUPUS DE BETONICA.

¶. Succi recentis Betonicæ per residentiam depurati, libras tres.

Sacchari albi, libras duas.

Fiat coquendo in cucurbitâ operculatâ post debitam clarificationem justæ consistentiæ Syrupus.

o SYRUPUS BORRAGINIS.

Paretur è floribus juxta modum in Syrupo florum Acaciæ præscriptum.

SYRUPUS DE BRYONIA.

¶. Succi radicum Bryoniæ libram unam semis,

Mellis despumati, libram unam.

Sacchari albi, libram semis.

Coquantur, lege artis, ad justam Syrupi consistentiam.

o SYRUPUS BUGLOSSÆ.

Perinde eâdem methodo è floribus paratur.

o SYRUPUS BYZANTINUS COMPOSITUS.

¶. Rosarum rubrarum, uncias duas.

Glycyrrhizæ rasæ, unciam semis.

Spicæ Indicæ, drachmas duas.

Seminis Anisi,

Apii,

Semi-

SY.

Seminis Foeniculi, ana drachmas tres.
Contusis ac cucurbitæ vitreæ inditæ affunde succi expressi & depurati Apii,
Endiviæ, ana libras duas.

Buglossi,

Lupuli,

Aceti destillati, ana libram unam.

Coquantur sub Alembico igne sufficienti, Aquæ primò exstillantis libra una servetur scotum. Reliqua abstrahatur ad trium circiter librarum remanentiam. Quæ exemta è cucurbitâ & expressâ cum albumine ovi clarificetur, cui Sacchari purissimi libras quatuor addé, ac ad consistentiam tabulato spissiorem coque, tumque aquæ primò abstractæ libram redde, sicque ulteriori unâ alterâve ebullitione Syrupum iustæ consistentiæ ex arte paratum, serva.

o SYRUPUS BYZANTINUS
SIMPLEX.

R. Succorum recentium & per residentiam depuratorum

Apii,

Endiviæ, ana libras duas.

Buglossi,

Lupuli, ana libram unam.

-Sacchari, libras quatuor.

Coque, despuma & ut artis est, clarifica, ac ad instar Syrupi de Betonica, in Syrum reduc.

o SYRUPUS CAPILLORUM
VENERIS COMPOSITUS.

R. Capillorum Veneris, uncias quinque.

Linguæ Cervinæ, manipulum unum.

Malvæ, manipulum semis.

Radicum Asparagi, unciam unam.

Glycyrrhizæ, uncias duas.

SY.

Macerentur libris tribus aquæ fontanæ simplicis & digerantur loco calido per noctem. Manè coquantur ad consumtionem medietatis. Residuo expresso & secundum artem clarificato, adde Sacchari albi puri libram unam semis & ad justam Syrupi consistentiam coquendo reducatur.

SYRUPUS CAPILLORUM
VENERIS SIMPLEX.

Eodem quo præcedens modo, omissis foliis specierum reliquarum additamento, parari poterit, ex unciis sex Capillorum Veneris & Aquæ libris tribus ad medietatem coctis, expressis & addita Sacchari albi libra una semis, clarificatis ut artis, tandemque ad debitam Syrupo consistentiam coctis.

SYRUPUS CARDUIBENE-
DICTI.

E succo expresso & per residentiam depurato, cum Sacchari albi ana coquendo, & ut artis clarificando, ut reliqui è succis herba um paratur.

SYRUPUS CERASORUM
ACIDORUM.

R. Sueci Cerasorum acidorum per residentiam depurati, libras quinque.

Sacchari albissimi, libras tres. Coquantur igne moderato ad justam Syrupi consistentiam.

o SYRUPUS CERASORUM
ACIDORUM CUM FLORIBUS
TUNICÆ.

R. Succi cerasorum acidorum maturorum rite despumati, libras undecim.

Succi florum borraginis, buglossi, ana libram semis.

His bene mixtis infunde foliorum florum Tunicæ rubrorum, plenorū, uncias duas, stentque in infusione biduum, dein colentur ac leviter exprimantur, idque novis assumptis

SY.

assumtis floribus ter minimum ite-
retur, postea cum Sacchari clarifi-
cati libris sex, fiat lege artis Syru-
pus, sub finem coctionis

Pulveris Xylaloës,

Santali Citrini, ana dra-
chmis duabus.

Cinnamomi electi & a-
cuti, drachmis tribus
in petiâ subtili ligatis aromatisan-
dus.

o SYRUPUS CICHORII EX
SUCCO.

Fit ad instar aliorum Syruporum & suc-
co Cicchorii per residentiam depurato,
cum Sacchari albi puri ana, ebullitione uni-
câ & clarificatione.

SYRUPUS DE CICHORIO
CUM RHABARBARO.

R. Endiviæ utriusque hortensis &
Campestris, ana manipulos
duos cum semisse.

Cichorii,

Taraxaci, ana manipulos duos.

Fumariæ,

Hepaticæ fontanæ,

Lactucæ domesticaæ,

Lupuli summitatum,

Sonchi lævis s. Cicerbitæ, ana
manipulum unum.

Capillorum Veneris, uncias du-
as semis.

Adianti albi s. rutæ murariaæ,

Radicum Apii,

Asparagi,

Fœniculi, ana uncias
duas.

Glycyrrhizæ,

Ceterach,

Cuscutæ,

Halicacabi, ana drachmas sex.

Hordei, uncias duas.

SY.

Coquantur in sufficienti quantitate Aquæ
simplicis fontanæ, ad mediæ partis consum-
tionem. Colaturaæ clarificataæ, libris decem
infunde,

Pulveris Rhabarbari electi, un-
cias octo.

Spicæ Indicæ, unciam
semis.

Stent in infusione vase clauso diem &
noctem, tum cum leni expressione cola, ac
additis Sacchari albi ac puri libris decem,
unicâ ebullitione ad justam Syrupi consi-
stentiam redige.

o SYRUPUS DE CINNA-
MOMO.

R. Pulveris crassi Cinnamomi ele-
cti & acuti uncias quinque.

Affunde in cucurbitâ Vitreâ

Aquæ Cinnamomi cum Vino de-
stillatæ optimæ, libras
duas.

Rosarum fragrantissimæ,
uncias tres.

Digerantur vase optimè obturato, loco
tepidio biduum. Tum colentur ac cum
Sacchari albissimi clarificati, ac ad consi-
stentiam tabulati & ultra cocti, libris du-
abus cum semisse, sola dissolutione fiat ju-
stæ consistentiæ Syrupus.

SYRUPUS CITRI CORTI-
CUM.

R. Corticum Citri aut Limonum
recentium, extimorum, minu-
tim concisorum, libram semis.

Granorum Kermes, drachmas
duas.

Infunde in Vini albi Rhenani generosi,
librâ unâ, stent in infusione, vale exacte
clauso, horas viginti quatuor, colato cum
aliquali expressione vino, adde Sacchari clari-
ficati, & ultra tabulati consistentiam co-
cti, libram unam, fiat lenissimo calore ac
sine peculiari ebullitione Syrupus justæ con-
sistentiæ, cuius medietati si lubet, pro iis qui
odoris delectantur, Moschi tantillo vias il-
lius

SY.

lius citrati distemperati etiam Ambræ, grana tria adde.

o SYRUPUS ē CITRO TOTO.

¶ Pulpæ Citri benè maturi & succulentí, libram unam.

Aquæ ex succo pomorum redolentium,

Acetosæ destillatæ ana libras duas.

Radicum Scorzonerae, uncias duas.

Contrayervæ, unciam semis.

Seminis Carduibenedicti, drachmas duas.

Spiritus Vitrioli rectificati, drachmas duas.

Foliorum scordii Cretici, pugilos duos.

Trita affusis liquoribus digerantur octiduum, vase vitro benè clauso, decantentur & depurentur per residentiam, in Colaturā infunde Florum Citri vel Aurantiorum, quantum lubet, & additâ dimidiâ facchari parte, leni igne ad syrupi liquidoris consistentiam in alembico vitro exhaletur.

Nota; Syrupus hic ex intentione D. Prevottii Febribus malignis præcipue dicatus, hactenus usualis hic fuisse fertur; Ob additionem verò Radicum Contrayervæ, foliorum scordii Cretici, seminis Carduibenedicti, saporis paulò ingratioris sit, illis omissis acceptior, ac usus magis polycbresti foret. Hac autem ratione preparatus sequenti longè suaviori ac delicatori palmam concedere cogitur.

o SYRUPUS DE TOTO CITRO ESSENSIFICATUS.

SY.

¶ Malorum Citriorum quantum sufficit, Decortica quām potes subtilissimè flavedinem eorum, hanc cucurbitæ plani fundi immitte, residuum corticum album à medullā curiosè separa, hanc linteo mundo capaci exceptam sufficienter exprime, semen omnium granula ab utroque cortice exteriori sedulò liberata, in mortario lapideo exactè contusa ac in massam quasi redacta flavedini, in cucurbitā contentæ, hisque succum expersum affundendo junge, digere leni calore quatriduum, à digestis calore balneo Maris phlegma paulatim abstrahē, donec in mellagineam redacta sint consistentiam. Hinc quod in cucurbitā superest, abstractum illud suaveolens phlegma restitue, illique hāc ratione cum colore essentiam omnem ac virtutem extrahe, quod ternā reaflusione obtinebis. Separato tunc bibulæ adminiculo omnī à fæcibus liquore, remanens in filtro residuum in arenā ab omni humiditate caute libera, & blando calore exsiccatum, in cineres calcinando reduc; quibus salem phlegmate ultimā extractione obtenta elixivia, & purificatum Tincturæ suæ redde, quæ triduo aut quatriduo leni digestionis calore illum solvet & imbibet. Quo facto, à duobus aut pluribus malis Citriis recentibus saccharo Canariensi purissimo flavedinem omnem sollicitè deterendo abrade ac liquori supradicto sale suo imprægnato atque phiolæ idoneæ infuso, saccharum hoc flavedini mistum superadde, prætereaq; si succi illius fuerint libræ quinque, Sacchari Candi subtilissimè pulverisati libras tres junge, ac octiduum calore blando digere, sic syrum habebis, odore & sapore gratissimum. Quod si mox initio flavedini decorticata florum Citri recentium partem proportionatam, prius conquassatam addidisses, simulque cum succo, ut dictum digessisses, suavorem adhuc & efficaciem nactus fuisses in febribus omnibus ardentibus etiam malignissimis longè gratissimum.

Eodem procedendi modo parari etiam Syrupus de Aurantiis malis totis esensis-

SY.

tatus posset sapore autem præcedentem
haud æquans.

o SYRUPUS COCHLEARIAE.

Succo Cochleariae recens' expresso, ac
per residentiam, in vase optimè clauso, cla-
rificato, tandem Sacchari purissimi ad-
de, atque in cucurbita imposito alembico
& adaptato recipiente juncturisque bene
clausis, aliquantis per donec consistentiam
Syrupo spissiorem acquirat, igne moderato
coque, cui spiritum interea prolectum, tan-
dem redde ad justam usque Syrupi durabi-
lis consistentiam.

SYRUPUS CORALLIORUM.

R. Coralliorum rubicundissimorum
grossè contusorum, libram fe-
mis.

Extrahe triduanā digestione balnei, cum
succo Berberum, post lenem ebullitionem
per partitum colato & ad aliqualem emi-
nentiā afluxo, essentiam. Extractum per
inclinationem effunde, & recentem succum
reaffunde, digere, decanta, idque tertio
aut quartō repete, donec corallia ferè so-
luta & consumta. Extractiones omnes
confunde ac tantundem ponderis Sacchari
albissimi adde atque leni ebullitione aut e-
vaporatione saltem Syrum para, proba
& durabilis consistentia.

SYRUPUS CYDONIORUM.

R. Succi Cydoniorum acidorum
depurati & clarificati, libras
tres.

Sacchari albi purissimi libras
duas.

Fiat coquendo lege artis Syrupus.

o SYRUPUS DIACODII
MONTANI.

R. Capitum papaveris albi, cum Se-
minibus, numero viginti.

Siliquarum dulcium, uncias tres.

Glycyrrhizæ rasæ, uncias duas.

Eximantur siliquis grana, & cum

SY.

aquæ fontanæ, libris decem, co-
quantur ad quartæ circiter partis
remanentiam, residuum coletur
eum expressione, Colaturæ libris
duabus cum semisse adde.

Sacchari Candii rubri, libras
duas.

Coquantur ad consistentiam Sy-
rupi instar mellis spissi.

o SYRUPI DIASEREOS AN-
DERNACI.

R. Radicum Polypodii Querni, un-
ciam unam.

Glycyrrhizæ rasæ,
drachmas sex.

Apii,
Asparagi,
Fœniculi, ana unciam
semis.

Herbarum Adianti albi,
Agrimoniae,
Capillorum Veneris,
Ceterach,
Fumariæ,
Lupuli, ana manipu-
lum semis.

Cichorii,
Endiviæ, ana manipu-
los tres.

Florum Borraginis,
Buglossi,
Violarum, ana pugillum
unum.

Seminis Carthami, unciam unam
semis.

Seminum quatuor frigidorum
majorum, non ran-
cidorum ana dra-
chmas duas.

Hordei integri, pugillos duos.

Pru-

SY.

Prunorum Damascenorum, numero viginti.

Myrobalanorum Chebularum,
Citrinarum,
ana unciam
semis.

Agarici recens trochiscati, unciam unam.

Foliorum Senæ à stipitibus repurgatorum, unciam unam semis.

Rhabarbari electi, uncias duas semis.

Cinnamomi,
Zinziberis, ana drachmam unam.

Coquantur in sufficienti aquâ ad remenantiam librarum trium colaturæ expressæ, adde Sacchari albi, libras duas. Clarificetur, ut artis est, ac coquatur ad consistentiam Syrupo debitam, cui tandem adde Syrupi Rosarum solutivi uncias tres.

o SYRUPUS EMETICUS.

R. Vitri Antimonii hyacinthini, subtilissimè triti, drachmas duas.

Vini albi Generosi, libras duas.

Stent in infusione & digestione lenis caloris triduum. Colatutæ per chartam bibulam duplicatam factæ, adde Sacchari albissimi, libras duas, ac sola dissolutione & aliquali evaporatione fiat Syrupus consistentia durabilis.

o SYRUPUS DE ERYSMO LOBELII.

R. Erysimi totius, recentis, conquassati, manipulos sex.

Radicum Enulæ,
Farfaræ succulenta-
rum,
Glycyrrhizæ rasæ, ana
uncias duas.

Herbarum Borraginis,

SY.

Herbarum Capillorum Veneris,
Cichorii, ana mani-
pulum unum semis.

Florum Cordialium,
Anthos,
Betonicae, ana manipu-
lum semis.

Seminis Anisi, drachmas sex.

Passularum mundatarum, uncias
duas.

Coquantur incisa & contusa in
Aquæ hordei &
Hydromelitis, ana libris quatuor.
Succi Erysimi, librâ semis.
ad remenantiam tertiae circiter par-
tis. Colaturæ expressæ adde Sac-
chari albi & puri libras duas. Clarifi-
ca, ut artis est, & in debitæ consi-
stentia Syrupum coque.

SYRUPUS DE FARFARA.

E succo Tussilaginis depurato fiat juxta
legem cæterorum è succo parabilium, ve-
luti Acetosæ.

SYRUPUS FLORUM PER- SICORUM.

Trinâ florum horum infusione & ex-
pressione paretur ad instar Syrupi florum
Acaciae.

SYRUPUS FRAGORUM.

Eodem modo, quo Syrupus Cerasorum
acidorum, è succi Fragorum depurati libris
quatuor & Sacchari albissimi libris totidem
secundum artem clarificatis, fiat.

o SYRUPUS DE FUMARIA.

E succo fumariae eodem paretur modo,
quo Syrupus de Betonica.

SYRUPUS DE GLYCYRRHIZA.

R. Radicum Glycyrrhizæ, uncias
duas.

Capillorum Veneris, unciam u-
nam.

SY.

Foliorum Hyssopi, unciam semis.

Concisa in aquæ ferventis libris quatuor infunde, ac horas viginti quatuor digere, tum ad medietatis circiter consumtionem coque, colaturam expressam additâ mellis despumati, ac sacchari albi, ana librâ unâ clarificata ex arte, ad Syrupi spissioris & tabulati ferè consistentiam ulterius percoque, cui tandem additis sub finem Aquæ rotarum fragrantis, uncias sex, justam syrupi consistentiam concilia.

○ SYRUPUS GRANATO-RUM.

Paretur juxta modum aliorum Syruporum, è succis acidis, Berberum nimirum aut similiū, parandorum.

SYRUPUS HEDERÆ TER-
RESTRIS.

Éadem methodo fit, quâ aliarum herba-
num, è succis.

SYRUPUS HYSSOPI.

¶. Hyssopi, in umbrâ mediocriter
ficiati,

Radicum Apii,
Fœniculi,
Glycyrrhizæ,
Petroselini, ana dra-
chmas decem.

Capillorum Veneris, drachmas
sex.

Seminis Cydoniorum,
Malvæ,
Tragacanthi, ana drachmas tres.
Hordei mundati, unciam semis.
Cibebarum exacinatarum, un-
ciam unam semis.

Dactylorum,
Ficuum pinguium, ana numero
decem.

Jujubarum,
Sebesten, ana numero triginta.

SY.

Coquantur in aquæ fontanæ libris octo
ad tertiae partis remanentiam, Colaturæ ex-
pressæ & ut artis, clarificate, adde Saccha-
ri albi, aut Candi, libras duas cum semifisso,
ac unâ alterâve ebullitione fiat ex arte Sy-
rupus.

SYRUPUS JUJUBINUS.

¶. Jujubarum, numero sexaginta.

Capillorum Veneris,

Hordei mundati,

Radicum Glycyrrhizæ, ana un-
ciam unam.

Florum violarum,

Seminis Malvæ, ana drachmas
quinque.

Cydoniorum,

Lactucæ,

Melonum,

Papaveris albi,

Gummi Tragacanthi albi, ana
drachmas tres.

Coquantur in aquæ fontanæ li-
bris octo ad consumtionem dua-
rum tertiarum. Colaturæ cum a-
liquali expressione factæ, adde.

Sacchari albi aut Candi alter-
utrius, libras duas.

Clarificata ex arte ad debitam con-
sistentiam coquendo redige.

○ SYRUPUS LENITIVUS DE
TRIBUS.

Syrupus hic viginti & unius ingredien-
tium minus commodè de tribus ob ternam
foliorum Senæ infusionem dictus, cum Do-
minorū Augustanorum sit, juxta modum
ab iis præscriptum paretur.

SYRUPUS DE MANNA SO-
LUTIVUS.

¶. Radicum Polypodii Querni,
Passularum minorum, ana dra-
chmas sex.

Foliorum senæ electæ, uncias
duas.

Flo-

SY.

Florum quatuor cordialium, ana
pugillum unum.

Seminis Anisi,
Fœniculi, ana dra-
chmam unam.

Macis,
Galangæ, ana drachmam semis.
Zinziberis, scrupulos duos.
Specierum decocti florum &
fructuum, unciam
unam.

Coquantur in quantitate suffi-
ciente Aquæ simplicis
purissimæ,

Colaturæ sufficienter coctæ li-
bræ uni adde

Mannæ Calabrinæ, quam potest
haberi recentis, uncias tres.

Sacchari, unciam unam.

Fiat lege artis Syrupus.

o SYRUPUS MASTICHINUS.

¶ Mastiches electæ, uncias duas.

Coquatur in sufficienti quanti-
tate Aquæ Mastichinæ
supra edoctæ, quibus co-
latis adde Sacchari albi
libram unam.

Aquæ Menthae unciam unam.
Coquantur lege artis ad justam Sy-
rupi consistentiam.

o SYRUPUS MELISSÆ.

E succi Melissæ Citrariæ per residentiam
depurati & Sacchari albi, ana libris tribus,
post lenem ebullitionem clarificando, ut
artis modo reliquorum è succo parabilium
syruporum sit.

SYRUPUS DE MENTHA.

Eodem fit modo è succo Men-
thaæ crispæ.

SYRUPUS MYRTILLORUM.

E succo baccarum Myrtilli no-

SY.

stratis, reliquorum è succo Syrupo-
rum, Berberum nimirum, instar pa-
ratur.

o SYRUPUS MYRTINUS
COMPOSITUS.

¶ Baccarum Myrti, uncias duas
cum semifisse.

Berberum,

Balaustiorum,

Rosarum rubrarum.

Sumach,

Santali albi,

rubri, ana uncias duas.

Mespilorum maturorum, non-
dum vietorum, uncias sex.

Succi Cydoniorum,
pomorum agrestium, ana
libram semis.

Aquæ fontanæ, libras octo.

Coquantur ad casum duarum
ferè tertiarum, in colaturâ expre-
sâ & clarificatâ, solve Sacchari puri
libras tres & levi ebullitione fiat le-
ge artis syrupus.

o SYRUPUS DE NICOTIANA.

¶ Succi Nicotianæ, libras quatuor.
Hydomellis simplicis, libram u-
nam.

Oximellis simplicis, uncias qua-
tuor.

Digere in balneo Maris, ut defæcetur, hinc
decanta, rursus digere, donec ab omni fa-
culentiâ sit depuratus fucus, huic adde
Sacchari albi, libras tres, clarifica, ut artis
& coque ad Syrupi durabilis consistentiam.

SYRUPUS NUCISTÆ.

¶ Nucum Moschatæ electarum
uncias tres.

Macerentur concisæ vini Mal-
vatici aut saltē Hispanici
generosi librâ unâ cum se-
mifse.

SY.

Vase optimè clauso digerantur tres dies & noctes, cum leví sequenti decoctione, Colaturæ addantur Sacchari albissimi, unciae duodecim, aut libra potius una cum semisse.

Lenissimâ coctione in vase vitro clauso ad Syrupi consistentiam exhalet, sub finem olei stillatitii nucistæ guttis octo aromatisetur.

○ SYRUPUS NYMPHÆÆ.

℞. Florum Nymphææ albæ, libras duas.

Infunde in Aquæ Nymphææ, aut saltem fontanæ ferventis libris quatuor, stent in digestione caloris balnei horas viginti quatuor, tum exprimantur validè, expressum recentibus reaflundatur floribus, digeratur exprimatur, idque tertia vice repetatur; Expressioni postremæ addantur Sacchari, lib. æ totidem, quot succi sunt, ac clarificando & ebulliendo, ut artis, fiat Syrupus.

SYRUPUS PAPAVERIS ALBI.

℞. Capitum Papaveris albi recentium cum seminibus, libram unam semis.

Coquantur in libris septem Aquæ pluviae purissimæ ad remanentiam librarum duarum. Quibus colatis & expressis adde Sacchari albi, libram unam cum semisse, coque, clarifica, ut artis, & ad consistentiam Syruo convenientem reduc.

○ SYRUPUS DE PAPAVERE COMPOSITUS.

℞. Capitum utriusque Papaveris recentium, cum semine, uncias septem.

Capillorum Veneris, unciam unam cum semisse.

Glycyrrhizæ rasæ, drachmas sex. Jujubarum, numero triginta.

SY.

Seminis Lactucæ, uncias quinque. Cydoniorum, Malvæ, ana drachmas sex.

Coquantur in Aquæ fontanæ libris septem ultra dimidii evaporatio-neim. Colaturæ expressæ, & debiti clarificatae, adde Sacchari Can-di albi, libras tres, fiat coquendo lege artis Syrupus durabilis.

SYRUPUS PAPAVERIS ER-RATICI FLORUM.

Paretur trinâ florum infusione ad instar Syrupi florum Acaciæ.

SYRUPUS PASSULARUM LAXATIVUS.

℞. Passularum minorum libras duas. Coquantur cum aquæ fontanæ simplicis sufficienti quantitate,

Colaturæ leniter expressæ recipere libras tres, quibus.

Adde Foliorum senæ Alexandrinæ, uncias duas cum semisse.

Seminis anisi mundati, unciam semis.

Cinnamomi acuti, drachmas duas.

Digere aliquantis per, tum colla, huic colaturæ adde Sacchari albissimi, libram unam. Mannæ Calabrinæ, quam haberi potest, recentis, libram semis.

Coquantur lege artis adjustam Syrupi consistentiam.

SYRUPUS POEONIÆ FLORUM.

Eâdem normâ, quâ papaveris erratici, trinâ nimirum infusione fiat.

○ SYRU-

SY.

○ SYRUPUS POMORUM.

E succo pomorum acidorum & dulcium, ana libris quinque.

Ad dimidias cocto, despumato, & per residentiam depurato cum libris quatuor Sacchari albissimi ebulliendo & clarificando secundum artem, fiat Syrupus commoda consistentia.

○ SYRUPUS DE PORTULACA COMPOSITUS.

℞. Seminis Portulacæ triti, libram semis.

Succi Endiviæ depurati, libras duas.

Granatorum acidorum, uncias novem.

Infusum cum succis semen macera horas viginti quatuor, postea igne leni coque ad consumptionem mediæ partis, in colaturæ librâ unâ semis solve Sacchari tantundem ac unicâ ebullitione & clarificatione ex arte syrump confice durabilem.

○ SYRUPUS DE PULSATILLA.

E floribus pulsatillæ ad modum florum Acaciæ paratur.

○ SYRUPUS DE DUABUS RADICIBUS.

℞. Radicum Petroselini, Fœniculi, ana uncias quatuor.

Aquæ, libras quatuor.

Coquantur ad consumptionem mediatis Colaturæ expressæ adde Sacchari albissimi, libras duas. Clarifica ex arte, ac ebulliendo syrump para justæ consistentia.

SYRUPUS DE QUINQUE RADICIBUS APERIENTIBUS.

℞. Radicum Apii, Asparagi, Fœniculi,

SY.

Radicum Petroselini,

Rusci, ana uncias duas.

Aquæ fontanæ, libras quinque.

Aceti Vini albi, uncias octo.

Coquantur ad consumptionem tertiae circiter partis, Colaturæ expressæ adde Sacchari, libras tres. Clarificando ex arte & coquendo fiat Syrupus.

SYRUPUS RIBIUM.

E succo expresso depurato fiat ad instar Syrupi Berberum.

SYRUPUS ROSARUM EX INFUSIONE.

Paretur trinâ rosarum rubrarum in sufficien-
tia quantitate aquæ ferventis infusione,
digestione per horas viginti quatuor, & Co-
laturâ cum expressione aliquali; Cui factæ
ad singulas expressi liquoris libras, libram
Sacchari addendo, clarificando & unicâ
forte ebullitione ad consistentiam Syrupo
congruam, artis lege redigendo.

○ SYRUPUS ROSARUM SICCARUM.

Eadem, quâ præcedens ratione, ad li-
bram unam florum libras tres aquæ ferven-
tis addendo, digerendo & exprimendo, ac
infusionem cum digestione & expressione
ter, additis semper novis floribus siccis re-
petendo, fiat, ut artis est, Syrupus.

SYRUPUS ROSARUM SOLUTIVUS SEU EX INFUSIONE MULTIPLICI, AUREUS SIC DICTUS.

Juxta veterem procedendi modum è Rosis Damascenis paratur ad instar Syrupi rosarum rubrarum ex infusione.

Nota; Poterit tamen tam hic, quam ille,
cum insigni laboris compendio, è libris sex
circiter foliorum recentium contusis, ac
in aquæ limpidissimæ ferventis libris tri-
bus per horas viginti quatuor infusis, ac
digestis, posteaque expressis & albumi-
ne ovi, ut artis est, clarificatis, additis
Sacchari librâ unâ cum semisse, aut et-
iam duabus, sub alembico recipiente
Eee munito

SY.

munito in cucurbitâ vitrea balneicatore, pro recuperandâ aquâ odoratâ, ad Syrupi convenientem consistentiam coqui.

SYRUPUS RUBI IDÆL

Ad normam Syrupi Berberum ex succi depurati & sacchari clarificati partibus æ qualibus paretur.

○ SYRUPUS SCELOTYRBL
CUS FORESTI.

E succi Cochlearia & Beccabungæ recens expressi & per residentiam in vase probè obturato depurati, æquali proportione commixti, cum sacchari, ad consistentiam tabulati coeti ana, unicâ ebullitione sub alembico factâ, ad justam consistentiam redigatur.

○ SYRUPUS DE SCORDIO.

Fit ad imitar Syrupi de Betonica ex succo scordii.

○ SYRUPUS DE SCORDIO
COMPOSITUS.

℞ Florum Borraginis,
Citri,
Nymphææ,
Rosarum, ana drachmas
quinque.

Foliorum Acetosæ,
Borraginis,
Pimpinellæ,
Sonchi, ana pugillos
quinque.

Coque in aquæ hordei libris duabus ad mediae partis consumptionem, Colaturæ expressæ libræ uni adde Succi Scordii recens expressi & depurati, libras tres.

Sacchari albi, totidem. Coque, ex arte, clarificato sub finem addendo

SR.

MURG. Camphoræ, scrupulum semis, ad exactam Syrupi consistentiam.

○ SYRUPUS DE STOECHA-
DE.

℞ Florum Stœchadis, uncias quatuor.

Rorismarini, unciam semi.

Calaminthæ, Origani,

Thymi, ana drachmas decem.

Betonicæ,

Salviæ, ana unciam semi.

Seminis Anisi, drachmas septem.

Pœoniæ, drachmas tres.

Calami aromatici,

Cinnamomi,

Zingiberis, ana drachmas duas.

Infunde aquæ libris septem, in cucurbitâ alembico & recipiente instructâ, stet in digestione horas vidinti quatuor, tum auctiori igne destilla partem spirituosiorem, ad libram circiter unam, quâ separatâ alembico remoto coquatur residuum ad consumtionem medietatis; Quod tandem exemptum cum expressione coletur, & additis Sacchari puri libris quatuor, clarificetur, ut artis, ac coquatur ad spissam tabulati consistentiam, cui aquæ spirituosa primum subtractæ libra addatur, ac solvendo solum in syrump probæ & durabilis consistentiae redigatur.

SYRUPUS DE SYMPHYTO
FERNELII.

℞ Summitatum ac Radicum Symphyti majoris, manipulos sex.

Rosarum rubrarum,

Betonicæ,

Pimpinellæ,

Plantaginis,

Polygoni,

Scabiosæ,

Tussi-

ST.

Tussilaginis, ana manipulos duos.

Conquassatis & contusis omnibus expime succum omnem, quem clarificatum coque ad remanentiam trium librarum, quibus adde libras Sacchari albi & purissimi duas cum semisse, ac bulliendo congruam Syrupo consistentiam concilia.

○ **SYRUPUS TUNICÆ FLO-
RUM.**

Juxta methodum aliorum ē floribus syrporum, ut Acaciae, Rosarum &c. paratur.

○ **SYRUPUS VERONICÆ.**

Ex succo expresso ad exemplar Syrupi de Betonicā fiat.

○ **SYRUPUS VIOLARUM
SOLUTIVUS.**

Perinde uti Rosarum Solutivus paratur ē succo Violarum recentium eo, qui illic docetur, modo expresso & convenienti Sacchari quantitate additā. Alii

**SYRUPUM VIOLARUM SO-
LUTIVUM**, hāc ratione parant.

ꝝ Florum violarum purpurearum recentium, uncias duo decim.

Foliorum senæ Alexandrinæ electæ uncias sex.

Infundantur aquæ communis ferventis quantitatæ sufficienti, stent in digestione horas viginti quatuor, tum colentur cum aliquali expressione, Colatura recenti Violarum quantitatæ eidem denuò assundatur, digeratur, decantetur ac coletur, idque tertia vice iteretur, tandem additis Colaturæ libris sex, totidem Sacchari Canariensis libris, unicā ebullitione in syrupi justam consistentiam reducatur, sicque ex arte Syrupus fiat violarum verè solutivus.

**TAMARINDORUM
PULPA.**

E Tamarindis pauxillo aquæ subinde irroratis per setaceum convexâ cochlearis

TA.

parte agitando trajectis, uti vel tyronibus Pharmaceuticis notum, confit.

**TARTARUS CHALYBEA-
TUS.**

ꝝ Cremoris, Tartari, uncias duas. Spiritus Vitrioli, drachmam unam semis.

Vitrioli Martis factitii, Santali rubri pulverisati, ana scrupulos duos.

Misce & exsicca loco calido.

**TARTARI CREMOR VIDE
CREMOR TARTARI.**

**TARTARI CRYSTALLI VI-
DE CRYSTALLI TARTARI.**

TARTARUS EMETICUS.

ꝝ Crystallorum Tartari supra edocitorum, Vitri Antimonii (cujus parandi modum supra quoque vide) in pollinem subtilem terendo redacti, aut Croci Metallorum, ana unciam unam.

Infunde in unciis sex aquæ pluviae aut fluvialis limpidissimæ, stent in digestione caloris lenissimi per biduum; postea ebulliant, ut Tartarus solvatur, tum ferventer adhuc, oxyus per chartam empereticam trajice, ac Tartarum refrigeratâ aquâ, infundum secedentem, depletâ aquâ, collige, siccatum in pulverem subtilissimum terendo communie.

○ **TARTARUS NITRATUS.**

ꝝ Olei sic dicti Tartari per deliquium, aut salis saltem Tartari aquâ pluviam soluti, & per ebulliam colati quantum sufficit.

Instilla paulatim & guttatum in vase vireo capaci spiritus Nitrî rectificati, donec ebullitione omnis cesset. Sal illud Tartari spiritu Nitrî sic saturatum evapora ad cuticulam & ad Crystallisandum loco frigido sepone,

TA.

sepone (si sub formâ Crystallorum desideres) Crystallis à liquore separatis reliquum rursus ad cuticulam evapora, & ut prius lepone, idque pro ratione quantitatis, si opus, etiam tertia vice repepe. Aut si Crystallos non desideres, mox ab initio leni, sed continuo calore, sibi interea movendo, ad omnimodam siccitatem & salis consistentiam exhala, quem in vase optimè ab aëre munito, ne ex illo humiditatem contrahat, serva.

TARTARI OLEUM PER DELIQVIVM.

Minus hoc aptè sic dictum, cum liquor potius sit, quam oleum, fit è Sale Tartari in furno figulino igne acerrimo ad albedinem calcinato, aut in tabulâ vitrâ in celâ frigidori & humidiori, aut in manica Hippocratis linea aëri humido, à pluvia tamen & sole remoto, solutioni exponendo, & destillantem inde liquorem vitro commendo, super imposito ipsi in fundibulo cum charta emportetâ excipiendo, sicque limpidissimum servando.

TARTARI SAL.

R. Caput mortuum Tartari, à destillatione spiritus & olei omnimodâ, in retortâ residui, quantum vis.

Ac ollæ figulinæ non vitreatæ inditum & in furno reverberii aut figulino aut latetum etiam, ad albedinem calcinatum aquâ calidâ solve, filtra & in vase vitro aut terreo, ad lapideam duritiem ac soliditatem excocto, igne cinerum aut arenæ exhalando, coagula.

TARTARI SAL VOLATILE.

Varias illius species ac parandi modos D. Ludovici in pharmacia suâ. Dissert. I. editionis Hamburgensis, p. 175. proponit, inter illas cæteris hunc præferre videtur, qui ex oleo Tartari nigro, cum sale Tartari aliquamdiu, negligenterque digesto, ex arena per retortam destillando elicetur.

TA.

○ TARTARUS TARTARI-SATUS.

R. Olei Tartari per deliquium aut saltem salis Tartari optimè depurati, atque in sufficienti quantitate aquâ limpidissimæ pluviae aut destillatae soluti, quantum placet, huic successivè insperge Tartari modo supra dicto depurati ad punctum usque saturationis. Cessante ebullitione aqua superflua lente exhalet ad siccitatem, & in pulverem abibit, in quovis liquore facile solubilem, hinc vase bene clauso servandum.

TARTARUS TARTARISA-TUS LIQUIDUS CITRATUS.

R. Tartari albi optimè depurati, partes tres, Salis Tartari, partes duas.

Aqua limpida soluto & confuso leni igne coque, cavendo ne ebulliant, donec paullum inspissentur, liquidi ramen maneant. Liquorem hunc Corticibus Citri aut Aurantiorum recentibus comminutis affunde, quod virtutes illorum imbibat, verum ne situm contrahat, tantillo essentia, supra eductæ, Corticum Citri aut Aurantiorum condendo præcavecas.

○ TARTARI TERRA FO-LIATA.

Vide supra Arcanum Tartari.

TARTARUS VITRIOLA-TUS.

Fit eodem, quo tartarus nitratus, modo, loco spiritus nitri spiritum Vitrioli sumendo ac guttatum oleo tartari per deliquium instillando, donec non amplius in se agant aut ebulliant, tum liquorem ad siccitatem igne moderaro exhalando.

○ TARTARUS VITRIOLA-TUS CRYSTALLINUS.

Fit tartarum Vitriolatum aquâ destillatae solutum, filtratum, rursusque ad cuticulam evaporatum, in loco frigido iteratis vicibus collocando, atque crystallos ita natas sigillatim colligendo.

TH.

TARTARUS VITRIOLATUS
TACKENII.

Eodem penè modo solutiones Vitrioli, Martis, & cinerum clavellatorum æquâ proportione successivè confundendo, sed punctum saturationis, cessante ebullitione, accuratè observando, filtrando & ad cuticulam evaporando, tandemque loco frigidiore legē artis crystallifando fit.

THERIACA ANDROMA-
CHI.

Pulpæ Scillæ, è Scillâ decorticata, in elibano priùs justâ methodo coctâ, secundum artem paratæ, uncias sex.

Radicum Dictamni albi, Trochis corum de Viperâ, aut si haberi possint, pulveris potius, è Viperis aut serpentibus saltet nostratis, detractis exuvii capite & caudâ truncatis, ac exenteratis, corde tam en & epate servatis, debite que in vitro calore balnei Maris siccatis, parati,

Piperis longi, Opii, aquâ solūm pluviâ soluti, filtrati ac ad debitam consistentiam rursus inspissati, ana uncias tres.

Olei nucis Moschatæ expressi, loco Opobalsami, si ejus, uti solet, non detur copia, Cinnamomi acuti, ana unciam unam, drachmas quinque.

Rosarum rubrarum exsiccatarum,

Radicum Iridis Florentinæ, Succi Glycyrrhizæ, Seminis Napi agrestis seu Buni-adis,

Comarum Scordii Cretici, aut ejus defectu nostratis,

TH.

Agarici recens trochiscati, ana unciam unam semis.

Myrrhæ electæ, Croci Austriaci, Seminis Citri decorticati, Cassiæ ligneæ veræ, Nardi Indicæ, ana unciam unam. Schœnanthi,

Costi odorati, aut Zedoariæ, ana drachmas septem.

Olibani selecti, Piperis albi, nigri,

Foliorum Dictamni Cretici, Comarum Marrubii, Rhabarbari optimi, Stœchados Arabicæ, Calaminthæ Montanæ, Seminis Petroselini Macedonici, Terebinthinæ Cypriæ, Zinziberis, Radicum Pentaphylli, ana drachmas sex.

Calami Aromatici, Macis, Caryophyllorum, Valerianæ seu Phu Pontici, ana drachmas quinque.

Comarum Chamædryos, Chamæpityos, Polii Cretici, Nardi Celticæ, Hyperici comarum, Radicum Angelicæ, Meu palustris seu Olsenichii, Gentianæ, Seminis Anisi,

Ammeos, Cardamomi minoris, Cubebarum, Fœniculi Romani, Seseleos Massiliensis,

TH.

Seminis Thlaspios,
Succi Acaciæ,
Hypocystidis,
Gummi Arabici,
Stiracis Calamitæ,
Sagapeni,
Vitrioli Martis, loco Chalcitidis,
dubia fidei,
Terræ Lemniæ Veræ, ana uncias
semis.
Radicum Aristolochiæ rotundæ
veræ,
Comarum Centaurii minoris,
Seminis Dauci Cretici,
Bituminis Judaici,
Opopanacis,
Galbani,
Castorii, ana drachmas duas.
Camphoræ,
Xylobalsami, aut ligni Aloës,
ana drachmam unam.
Aspalathi,
Asari,
Amaraci,
Mari veri, ana scrupulos duos.
Masticæ, scrupulum unum.
Mellis optimi, despumati, libras
quindecim.

Dispensatis singulis & in classas suas, ut
moris & artis est, ritè dispositis, atque de-
bitè trutinatis ac examinatis, fiat juxta præ-
scriptum artis Electuarium.

Nota; 1. Cum proibisci Hedrychroi pro The-
riaca compositione à Galeno requisiti, an-
tiquati sint, nec ubivis in officinis pro-
ficient, illorum ingredientia congrua pro-
portione, licet haud absolute omnibus
numeris calculo (quem exactè subducere
irriti res laboris & nullius momenti)
suo quæque loco computata sunt.

2. Distributionem omnium hujus Theriacæ
ingredientium in peculiares classes, at-
que augmentationem dosum pro propor-
zione & quantitate majori (qua Domi-

TH.

nt Augustani, & sic, ut supra in Mi-
tibritatio, laudabilem admodum in Phar-
macopæâ suâ ac solerte natarunt ope-
ram, atque hactenus illo nos labore com-
mode sublevarunt, presertim cum &
Pharmacopœa nostræ artis sue periti,
facile illa, illorum ope adjuti, in classes
suas dispescere valeant; Minorum vero
oppidorum, ob impensarum ac laborum
opus haud leve, operosi hujus ac sumtuos-
si Medicamenti dispensationem vix sus-
cipiant) speciatim his subjungere super-
vacaneum duximus.

3. Cum proportionem mellis ad quantita-
tem ingredientium reliquorum insuffici-
entem Pharmacopœi nonnulli judicarint,
licet antiquitus, testibus antidotariis
antiquissimis, à nobis assignata dosis,
ab ipso Andromacho, imo & Augustano-
rum assignatam aliquatenus supereret, re-
cipiant, qui illâ non contenti, juxta
quedam vetusta Apothecariorum lumi-
naria, quantum sufficit, conscientia in-
temerata, non lucri concupiscentie ni-
miae, rationem habendo.

○ THERIACA DE CITRO SEU CITRATA.

R. Corticum Citri conditorum, un-
cias duas.

Theriaca Andromachi,
Mithridati Damocratis, ana dra-
chmas duas.

Specierum de Gemmis frigidis,
scrapulum unum.

Lapidis Smaragdi præparati,
Terræ Sigillatae præparatæ, ana
drachmas semis.

Cum sufficienti quantitate Sy-
rupi Corticum Citri,
Fiat Electuarium.

○ THERIACA COELESTIS.

Speciosum hoc Medicamenti hujus &
sublime nomen primus ejus Author, Quer-
cetanus, Galliae Regis Medicus suo tempo-
re celeberrimus, illi impoluit; Cum autem
&

TH.

& nostro usualium Catalogo insertum, danda quoque illius aliqua descriptio.

Ingredientia illud cum Theriacæ Andromachi maximam partem coincidunt, nisi quod Auctarium illis haud exiguum accesserit. Enumerabimus primo loco, quæ prioris generis sunt, & ab Authore parandæ Theriacæ suæ reformatæ, quam benedictam vocat, destinata, dein quæ accesserunt, ac cum omnia in diversas classes distribuerit, ejus ductum ex parte secuti, turbato tamen non abs re paululum illius ordine, sequentes damus.

PRIMA CLASSIS.

EORUM, QUÆ BASIN QUASI CONSTITUUNT.

& Pulpæ Scillæ, aut Quercetani methodo in vitro balneo maris tepido, aut vulgari tantum modo pani in clibano incoquendo, secundum artem paratæ, uncias quatuor.

Allii, unciam unam.

Carnis Viperinæ, juxta modum in Theriacâ Andromachi indigitatum præparatæ & optimè in pulverem comminutæ, Serpentinæ seu Colubrinæ nostratis eodem modo præparatæ,

Opii purissimi in ramenta subtilissima cultro redacti, ana uncias tres.

SECUNDA CLASSIS.

GUMMI & SUCCORUM.

Succi Glycyrrhyzæ, unciam unam semis.

Gummi Arabici,

Succi Acaciæ,

Hypocystidis,

TH.

Myrrhæ electæ rubeæ,
Olibani,
Sagapeni,
Sandaracæ, seu gummi Juniperi,
Styracis Calamitæ depuratae, ana unciam semis.

Asphalti,
Camphoræ,
Galbani in granis,
Masticæ electæ,
Opopanaxis, ana drachmas duas.

TERTIA CLASSIS.

AROMATUM IN PULVEREM SUBTILISSIMUM, CROCO EXCEPTO CONTUNDENDORUM.

Piperis longi, uncias tres.
Croci optimi, uncias duas.
Cinnamomi electi acutissimi, unciam unam semis.

Calami Aromatici,
Zedoariæ,
Zinziberis albi, ana drachmas sex.

Cardamomi minoris,
Carpobalsami, si adsit, veri,
Caryophyllorum,
Cubebarum,
Folii seu Malabathri,
Galangæ,
Maceris,
Spicæ Celticæ, ana unciam semis.

QUARTA CLASSIS.

LIGNORUM IN SCOBEM SUBTILISSIMAM REDACTORUM.

Ligni Aloës optimi, drachmas duas.

Aspalathi,
Santali citrini,

TH.

Agarici, ana unciam unam semis.

QUINTA CLASSIS.

VEGETABILIUM RELIQVO-
RUM IN PULVEREM AUT ALIAS
MINUTISSIME COMMI-
NUENDORUM.

Baccarum Páridis, uncias duas
semis.

Juniperi, unciam semis.

Lauri, drachmas duas.

Myrobalanorum Chebularum,
Emblicarum,

Florum Rosarum rubrarum, ana
unciam unam semis.

Hyperici, drachmas sex.

Anthos,

Calendulæ,

Centaurii minoris, ana
drachmas duas.

Herbarum Calaminthæ mon-
tanæ,

Carduibenedicti,

Dictamni Cretici,

Marrubii,

Rutæ,

Scordii Cretici & no-
stratis, ana drachmas
sex.

Abrotani,

Chamædryos,

Chamæphytos,

Galegæ,

Origani,

Polii Cretici,

Rorismarini,

Salviæ minoris,

Scabiosæ, ana unciam
semis.

Majoranæ,

Mari veri,

TH.

Radicum Iridis Florentinæ, ana
unciam unam semis.

Angelicæ,

Pentaphylli,

Rhabarbari,

T tormentillæ, ana dra-
chmas sex.

Aristolochiæ rotundæ,

Asari,

Carlinæ,

Contrayervæ,

Cyperi rotundi,

Enulae Campanæ,

Gentianæ,

Imperatoriæ,

Meu palustris seu Olse-
nichii,

Petasitidis,

Phu Pontici,

Pimpinellæ,

Scorzonerae,

Serpentariæ,

Succisæ,

Vincetoxici, ana unciam
semis.

Aristolochiæ longæ,

Cruciatae,

Seminum Buniadis, ana unciam
semis.

Ammeos,

Amomi,

Anisi,

Aquilegiae,

Carduibenedicti,

Citri,

Dauci Cretici & no-
stratis.

Fœniculi, Cretici & no-
stratis,

Hyperici,

Nasturtii albi seu Thla-
spi.

Seminum

TH.

Seminum Petroselini Macedo-
nici & nostratis,
Seseleos,
Sileris Montani, ana un-
ciam semis.

SEXTA CLASSIS.

LIQVIDORUM & MEDLÆ
CONSISTENTIÆ.

Ambræ liquidæ, drachmam
unam.

Balsami Indici,
Castorii Essentiæ, spiritu Vini
Tartarifato extractæ,
Olei nucis Moschatae expressi,
ana unciam unam semis.

Gelatinæ Cornu Cervi, unciam
unam.

Spiritus Terebinthinae,
Vitrioli rectificati, ana
unciam semis.

Olei Caryophyllorum,
Succini, ana drachmam u-
nam semis.

SEPTIMA CLASSIS.

POSTREMO ADDENDO-
RUM AD PLENAM CONSUM-
MATIONEM.

Coralliorum rubrorum,
Margaritarum,
Matris perlarum,
Oculorum Cancri, omnium so-
lutione commodo menstruo
factâ & coagulatione in sali-
nam formam redactorum,
Lapidum Bezoar Orientalium,
Occidentalium,
præparato-
rum, ana un-
cias semis.

TH.

Pretios. Chrysolithi,
Granati,
Hyacinthi,
Rubini,
Smaragdi,

menstruis ad id aptis (de qui-
bus in illorum solutione
actum) solutorum, ana dra-
chmas duas.

Terræ sigillatæ Lemniæ, dra-
chmas duas.

Strigensis, dra-
chmas sex.

Ambræ gryseæ, drachmam u-
nam.

Bezoardici Mineralis,
Cinnabaris Antimonii, optimè
præparatæ,
Nativæ, per sublima-
tionem correctæ &
præparatæ, ana dra-
chmas tres.

Offium de Corde Cervi præpa-
ratorum,
Rasuræ Cornu Alcis subtilissimæ,
Unicornu Veri,
Fossilis, ana drachmam
unam semis.

Classibus ita distributis.

- ¶. 1. E primâ classe Opii ramenta.
- 2. Classem integræ tertiam, a-
romatum nimirum omniū
pulverem subtilissimum.
- 3. Quartam lignorum Scobem
subtilissimam.
- 4. Quintam pariter totam, ve-
getabilium nimirum omni-
um, baccarum, florum, her-
barum, radicum, seminum
pulverem omnem, connu-
meratis quoque è fructuum

G g g

ge-

TH.

genere Myrobalanis, in minutissimas particulas scindendo disceptis,

Cuncta vasis ad id idoneis pluribus indita, affuso spiritu Vini, aut baccarum Imperi rectificato, ut quatuor ad minimum aut quinque digitos transversos superemineat. Vasis optimè clausis, ne quid exspiret, leni calore digere, ad extractionem particularum spiritui Vini obedientium; Spiritum primo assusum, ac essentia specierum satis imprægnatum, cautè deple & recentem spiritum affunde, digere, deple, idque toutes, donec spiritus nullam amplius aut paucam essentiam extrahat, nec colorem sufficiemt induat.

II. Relictis in fundo speciebus, succos aqua solubiles classe secundâ contentos, Glycyrrhizæ nimirum, Acaciæ, Hypocystidis minutum scissos adde, ac Aquam pluviam destillatam aut simplicem saltem, unciâ illa semis spiritus Vitrioli rectificati imprægnatam affunde, ut perinde ac prior spiritus digitos aliquot superemineat, digere rursus horas viginti quatuor, postea per horam igne auctiori coque, cola & expime. Extractionem utramque seorsim per emporticam stillatam confunde ac è cucurbitâ vitrâ, unâ aut pluribus (quod tutius) juncturis probè occlusis, igne lenissimo caloris balnei maris aut roris stillata, spiritum striatum primò prodeuntem, & seorsim (si opus) rectificatum, serva. Tum recipiente mutato, igne auctiori & aquam evoca, quam seorsim quoque suis usibus serva. Extractum magma superstes ad consistentiam melleam redactum, in suos etiam usus tantisper sepone.

III. Residuum ab extractione & expressione primâ retortæ vitræ satis capaci inditum, igne balnei siccii per gradus urge, donec retorta tota candeat, ut si quid viuum adhuc latuerit, id formâ phlegmatis (seorsim excipiendi, & mutato recipiente, jam arctius retortæ committendo & exactius muniendo, aquæ posteriori reddendi) spiritus empyreumatici & olei evocetur. Spiritum hunc & oleum à capite suo mortuo calcinato & ad albedinem reverberato

TH.

aliquoties cohoba & rectifica. Sicque depurata tandem pro usu mox indicando serva.

IV. A cohobiis his relictos cineres, igne, uti dictum, aperto calcinatos ac reverberatos, aquâ secundâ stillatitiâ numeri IIdi soleve sicque salem ex iis fixum extrahe iteratis affusionibus. Lixivium inde natum aquæ illi secundæ destillationis, cuius aliquotâ parte illud fuit extractum, redde & commisce.

V. Ejusdem aquæ ante lixivii additamentum sufficienti quantitate, gummi quoque Arabicum solve, suo tempore toti massæ restituendum.

VI. Gummi resinosa classis secundæ, Mastichen, Olibanum, Sandaracatum, ut & Stiracem in spiritu primæ extractionis ac destillationis rectificato, & spiritu tertiae destillationis è retortâ adiuncto, solve, ac solutioni huic Essentiam Castorii, hoc ipso spiritu aut vini rectificato extractam combina, tandemque spiritum superfliuum balneo roris lenissimo ad melleam aut paulò liquidiorem consistentiam rursus abstrahe.

VII. Reliqua ejusdem classis gummi, Myrrham, Sagapenum, Galbanum & Opopanax in aceto destillato solve, ac ad consistentiam aliqualem denuò acetum revoca.

VIII. Asphaltum in spiritu Terebinthinae, cui oleum stillatitium, per retortam prolectum, sit matitatum solvè.

IX. Huic oleum stillatitium Caryophylorum, Succini, Camphoræ additione & solutione camphoratum, oleum nucis Moschatæ expressum, leni igne liquatum, ut & Liquidambram exactissime commisce.

Omnibus his ita comparatis ac præparatis, accipe magma seu extractum melleum ab extractione primâ & secundâ superstes, illudque cum pulpa Scillæ & Alii exacte uni, his adde gummi numero septimo aceto destillato soluta, Myrrham, Sagapenum &c. Quibus omnibus optimè commixtis ac unitis gummi resinæ, numero sexto solutas, Mastichen, Olibanum, Sandaracatum, Styracem, tandem & Asphaltum, cum oleis & balsamis numeri octavi & no-

ni

TH.

ni unitam, atque exactissimè super igne leni commisce.

Huic Massæ probè commixta & subiectæ tandem & Gelatinam Cornu Cervi, seorsim aquarum Cordialium ac Alexipharmacarum beneficio, non neglecto & Citri aut limonum succo sollicitè & ex arte param. Demum pulveres Carnis viperarum & Colubrorum, terræ itim Lemniæ & Siggillata Strigenfis, Lapidis Bezoar Orientalis & occidentalis, Salium Coralliorum rubrorum, Margaritarum & Matris perlarum, oculorum itim cancerorum, Bezoardiæ Mineralis, Cornu Alcis, ossium de Corde Cervi, Unicornu veri fossilis, Cinnabaris nativæ & antimonii, Ambræ griseæ, Postremò, quod vulgi, osflicias amantis, opinioni dandum, solutiones lapidum quinque pretiosorum adde, ac quā fieri potest maximâ industria conjunge.

Omnia hæc dietâ ratione ac methodo, industria & indefessâ manu ritè subacta & intimè juncta & commixta in pilularis massæ aut paulò mollioris consistentiam secundum artem reducantur, ac in vase ad id apto, sub titulo Theriacæ cœlestis asserventur.

Nota; 1. Spiritus à primâ extractione relietus, ut & Aqua à secundâ extractione abundans, bezoardicâ virtute pollentes, pro vehiculis Theriacæ huic administrande valdè accommodis, aliusque usibus, ubi bezoardica desiderantur, aptis estimantur.

2. Quercetanus primus, ut dictum hujus Medicamenti Author, qui potiorum ingredientium preparationem & precipue menstrui ad eam requisiti, peplo silentii, ut vocant, Philosophici, involvit, nec nisi enigmata hæc in parte, à quovis suo modo interpretanda, posteris reliquit, massam illam à primâ extractione, cum adjunctis reliquis, preter postrema illa ultimo loco addenda, resultantem, quam Theriacæ benedictæ titulo insignit, denudò jubet spiritu Juniperino ac aqua typorum Cervinorum extrahere, ac spiritum & aquam ab extractionibus conjunctis ad consistentiam melleam balneororis avocare etiamque servare. Residuo

TH.

ab his extractionibus prioribus, aquam Theriacalem secundam, id est, à prioribus illis extractionibus, post separatum spiritum primò ascendentem, huic succendentem, aut aliam quamcumque denudò affundere, & quicquid illa solvere & extrahere potest, deplere & exhalatâ ad mellis consistentiam aquâ, banc pro aquâ bezoardicâ, extractum autem ulteriori usui reservare. Tandem & aceto, spiritu, quem balsamici Salis vocat, qui que menstruum aliquod universale sapere visdetur (veruntamen vix adtingit, hoc enim socios non admittit) impregnato, residuum extrahere, extractiones omnes confundere & evaporato ad debitam consistentiam menstruo superfluo, pulveres demum ac reliqua accessoria ultimo loco enumerata, interque ea magisteria Coralliorum, margaritarum, Hyacinthorum &c. Sed menstruo supradicto, sibi inter mysteria reservato, paranda addere, sicque Theriacam suam cœlestem consummare cuius vires ac virtutes, utpote sublimes & cœlestes super astra evebit. Cum autem precipiuorum ingredientium preparationem veram, menstrui sui mystici nebula velatam texerit, adeoque salivam posteris tantum moderit, plurimi in eruendo hoc mysterio occupati, quâ poterant iverunt, quâ non poterant, substiterunt, & ne nihil egisse viderentur succedaneam, non plane aspernandam genuina substituerunt. Horum vestigia legentes & nos præcedentem famosi hujus medicamentæ descriptionem dedimus, nostræ intentioni, que proximi commodum & salus, ut speramus, si non omnium exspectationi, satisfacturam. Iteratam autem Theriacæ, Authori benedictæ dictæ, per spiritum Juniperi aut Theriacalem extractionem, exhalationem & inspissationem, cum & entia, sic labores & impense, non sint multiplicanda præter necessitatem, præterea hæc iteratio, vix absque aut spiritus, aut residui virtutum exbalantium jacturâ contingat, & augendotantum medicamenti pretio serviat, non modo supervacanciam, sed & inutilem

G g 2

TH.

duximus. Si quis tamen laborem illum & jacturam, spiritu & aquâ theriacalibus eximiis inde resultantibus ex parte reparabilem, subterfugere noluerit, huic non reluctabimur.

3. *Cui operosa hec celestem parandi methodus displicet & compendiosiorem desiderat Dominorum Augustanorum satis succinctam editione novissimâ p. 308. scriptam, sua laude non carentem, per nos licet, sequatur.*

THERIACA DIATESSA-
RON.

R. Radicum Aristolochiae rotundæ,
Gentianæ,
Baccarum Lauri,
Myrrhæ electæ, ana
uncias duas.

Mellis despumati, libras duas.
Fiat lege artis electuarium.

o THERIACA PRO FA-
MILIA.

R. Pulver. radicum Angelicæ,
Gentianæ,
Olsenichii,
Petasitidis,
Zedoariæ, ana
unciam unam.
Herbarum Carduibenedicti,
Fumariæ,
Scordii, ana dra-
chmas sex.
baccarum Lauri, unciam se-
mis.

Rob Juniperi, libram unam.
Sambuci,

Ebuli, ana libram semis.

Mellis despumati, quantum suf-
ficit.

Misce fiat lege artis electuarium.

o TINCTURA ANODINA.

R. Extraætæ opii, simplici aquâ pa-
rati, unciam unam.

TI.

Aquæ Apoplecticæ,
Roris Vitrioli, ana uncias qua-
tuor.

Misce & digere donec opium
omne sit solutum, tum liquorem
probè tinctum per chartam bibu-
lam cola.

Nota; Quod supra de Aquis compositis ac
Essentiis monitum, hic quoque applican-
dum, ac notandum de Spiritu Vini ve-
nit, illum nimirum sincerum, non ab-
stractitum aut phlegmate adhuc abun-
dantem, ad Tincturas extrahendas ad-
bibendum, multò minus illi Spiritum fru-
menti substituendum.

TINCTURA ANTEPILE-
PTICA.

R. Salis volatilis succini,
Cranii humani, ana
scrupulum unum.
Castorii, drachmas duas.

Infunde in sufficiente quantitate spiritus
liliorum convallium & cerasorum nigrorum
optimi, digerantur & circulentur, donec
fiat Tinctura.

TINCTURA ANTIFEBRILIS.

R. Corticum Chinæ Chinæ optimæ,
uncias tres.
Radicum Gentianæ, uncias duas.
Imperatoriæ,
Serpentariae Virginiana-
næ, ana unciam
unam.

Herbæ Absinthii,
Carduibenedicti,
Centaurii minoris, ana
uncias quatuor.

Aloës succotrinæ,
Myrrhæ electæ, ana unciam
semis.

Baccarum Lauri, unciam unam.
Caryophyllorum aromaticorū,
Salis

TI.

Salis absinthii, ana drachmas duas.

In pulverem redactis omnibus, affunde Vini Hispanici optimi, uncias quinquaginta.

Stent infusa in digestione octiduū, post per emporeticam cola pro Tincturā.

TINCTURA ANTIMONII ACRIS SIMPLEX.

R. Scorias à Regulo Martiali tertia detonatione factas, succinum colore æmulantes, aut regulum ulterius in scorias reductum, quibus scoriis à fusione adhuc calentibus spiritum vini affunde, ac digerendo Tincturam extrahe.

○ TINCTURA ANTIMONII TARTARISATA.

R. Antimonii optimi, libram semis. Salis Tartari, libram unam.

Pulverisata misce exactè, & igne satis valido liqua, liquata in fluore per horam fortè serva, sed prospice ne crucibulum persoretur & jacturam patiaris. Tum effusam in mortarium ferreum calefactum massam adhuc calentem in pulverem reduc subtilem, hunc illicò antequam ex aëre humiditatem adtrahat, vitro commodo inde, ac spiritus vini rectificatissimi, quantum sufficit affunde, ut quatuor aut quinque digitos superemineat, digere donec optimè tingatur. Tinctum spiritum deple, aliumque residuo spiritum vini optimè rectificatum affunde, digere, deple, idque toties repete, donec non amplius tingatur vini spiritus, Tincturas omnes conjunge, atque superfluum spiritum aliquousque in Maris balneo abstrahe, reliquum serva.

○ TINCTURA ANTIPHTISICA.

R. Crystallorum Sacchari Saturni, aceto destillato simplici parati,

Vitrioli Martis arte facti, ana unciam semis.

TI.

Spiritus Vini Rectificati, uncias duas.

Mixta in vase apto optimè clauso dige-re in Tincturam rubicundam, charta em-poreticā à fæcibus separandam.

Nota; Wedelius, cui hanc tincturam quidam, alii D. Garmanno tribuunt, monet 1. Illam melius in frigido loco, quam calido parari.

2. In minori potius, quam majori dosi preparandam esse, facile alias particulis ad fundum secedentibus corruptioni obnoxiam. Alii tamen causam vitii illius acetō, quod ille Spiritui vini proportione anatice addi jubet, tribuentes, majorē sibi constantiam, si modo prescripto absque acetō paretur, pollicentur.

○ TINCTURA AQUILEGIÆ FLORUM.

R. Florum Aquilegiæ in umbrâ marcescentium, manipulum unum.

Aquæ florum Aquilegiæ, spiritus Vitrioli drachmâ circiter semis acidulatæ, libram semis.

Digerantur loco calido, donec saturatè tincta sit aqua, quæ exprimatur validè & filtretur.

Nota; Quidam Aque Aquilegiae, betulinam fermentatam, justo tempore collectam, substituunt, arcānum inde sibi in variolis remedium promittentes.

○ TINCTURA BALSAMI SULPHURIS.

R. Balsami Sulphuris Therebinthinati, quantum vis.

Affunde illi in retortâ aut cucurbitâ humili duplum aquæ simplicis ac calore convenienti moderato spiritum aquæ maritatum ad aliqualem balsami remanentis, consistentiam, avoca. Relicto balsamo spiritus vini rectificati (si vis etiam Tartarifati) quantum sufficit ad aliquam, digiti fortè unius aut alterius transversi, eminentiam affunde atque tincturam extrahe, idque itera, donec spiritus affusus non amplius tingatur. Ex tractio-

H h h

Tl.

tractionibus omnibus confusis, spiritum ad remanentiam mediae circiter aut tertiae partis balneo maris revoca, remanentem tincturam in vitro optimè clauso sepone.

TINCTURA BELLIDIS FLORUM.

R. Foliorum, separatis cupellis bellidum rubrorum minorum campestrium aut eorum defectu hortensium, in umbrâ aliquousque siccatorum, manipulum unum.

Roris Vitrioli, si adsit, uncias quinque.

Sin minus Aquæ florum bellidis tantundem drachma semis spiritus Vitrioli imprægnatae, digerantur horis viginti quatuor, tum validè expressa filtrantur.

TINCTURA BENZOES.

R. Gummi Benzoës selecti, quantum vis.

Solve in sufficienti quantitate spiritus Vini Rectificatissimi & extrahet essentiam colore rubicundo commendabilem, quæ empereticâ à fæcibus separata, tincturæ nomine venit.

Nota; Si buic Aquam affuderis Rosarum lactescit & precipitatur Magisterium Benzoës, florum ejus vices, majori tum saporis, fortassis & virtutis gratia supplens prout in descriptione hujus Magisterii Benzoës supra monitum.

TINCTURA BEZOARDICA.

R. Radicum Angelicæ,
Calami aromatici,
Carlinæ,
Dictamni albi,
Enulæ,
Pimpinellæ,
Valerianæ,
Vincetoxicæ, ana unciam unam.

Tl.

Herbarum Scordii nostratis, manipulos tres.

Cardui benedicti,

Melissæ,

Millefolii,

Rutæ, ana manipu-

lum unum. floq.

Baccarum Juniperi,

Cinnamomi electi,

Corticum Citri, ana unciam u-

nam.

Theriacæ optimæ, libram unam.

Infunde in spiritus Vini Rectificati mensuris duabus, stent in digestione per octiduum, postea abstrahantur in arenâ libræ circiter duæ, quæ spiritus bezoardici nomine venire posunt.

Huic spiritui bezoardico addere spiritus Tartari, è Tartaro depurato igne moderato ritè destillati aut saltē vulgaris rectificati, libram unam.

Spiritus Vitrioli volatilis, libram semis.

Misce digere aliquantis per.

Hujus spiritus in quantitate sufficiente solve scorsim, quodlibet sequentium & leni calore digerendo extrahe, nimurum.

Opii optimè depurati, uncias duas.

Carnis Viperinæ preparatae, uncias tres.

Pulveris nucis Moschatæ, unciam unam.

Baccarum Uvæ versæ seu herbæ Paris,

Croci Orientalis optimi,

Ligni Santali rubri, ana uncias duas.

So.

TI.

Solutiones & extractiones omnes spiritui supradicto adde, tandem in partes duas divide, cuius alterutri Camphoræ in quantitate convenienti spiritus Vini Rectificatisimi dissolutæ, unciam semis adde, atque digerendo aliquantis per donec exactè uniantur misce.

Nota; Si tamen ad evitandum odorem ac saporem spiritus Tartari gravem & ingratum, spiritum salis Armoniaci juxta Domini Doct. Ludovici methodum substituere libuerit, buic, ob non eneratas, sed emendatas potius hac ratione medicamenti virtutes, non repugnabimus.

○ TINCTURA BEZOARDICA CUM SPIRITU CORNU CERVI.

R. Mixturæ simplicis drachmas sex.
Corticum Citri exteriorum, scrupulos duos.
Spiritum Cornu Cervi, drachmas duas.
Baccarum herbæ Paris, drachmas tres.
Juniperi,
Radicum Serpentariae Virginianæ,
Contrayervæ, ana drachmam semis.
Helenii, drachmam unam,
Tormentillæ,
Scorzoneræ, drachmam unam semis.
Myrrhæ rubræ selectæ, drachmas duas.
Rob Sambuci optimi,
Juniperi, ana unciam semis.
Misce stent loco calido pro extractione Tincturæ.

Hæc ob præsumptionem auctioris virtutis Bezoardice nonnullis commendatior est priori, unde officinis nostris in usu esse cœpit. Verum si quod res est & experientia

TI.

docht, exiguo in quibusdam, in aliis nullo ægrorum emolumento, imò quandoque, ut nauseabundum ejus odorem & saporem, ægris ut plurimum adversum, taceamus, ob exagitatum magis in febribus præsertim, tam acutis, quam malignis, astutantis alias plus satis sanguinis motum, cephalæas intolerabiles, inquietudines, anxieties, agrypnias & deliria causando, insigni potius sanitas, imò & vitæ nonnunquam, ni mature ab ea abstineatur, damno & detrimento.

○ TINCTURA CATHARTICA.

R. Radicum Jalappæ resinosa, uncias duas.

Hellebori nigri, unciam semis.
Mechoacannæ albæ,
Scammonii, ana drachmas sex.
Cinnamomi acuti, drachmas duas.

Macis, drachmam unam.

Fiat omnium pulvis, cui in Phialâ affunde Spiritus Vini Tartarisati, libram unam.

Digerantur in arenâ diés aliquot, Tincturam extractam leniter decanta, ac spiritus Vini Tartarisati denuò uncias quatuor affunde, rursus digere & Tincturam extractam priori junge.

○ TINCTURA CATECHU.

E pulvere subtilissimo terræ, quæ dicitur, Japonicæ, spiritu vini aut simplici, sed rectificato, aut tartarisato, aut spiritu salis Armoniaci vinoso, aut etiam Salis, aut Nitri, aut Vitrioli dulci, pro rei exigentiâ ac Medici intentione, menstruo variato, parti uni, pulveris extrahendi respectu, quatuor, quinque aut sex etiam partes primū affundendo, digerendo ac decantando, tum rursus tres affundendo ac digerendo, donec colore sufficienti imbuatur, demum tincturas extractas conjungendo ac filtrando, aut etiam, si non satis saturatae, partem menstrui rursus abstrahendo, parati solet.

TIT.

○ TINCTURA CONFORTATIVA.

- R. Ambræ Griseæ,
Moschi, ana scrupulum semis.
Zibethi, grana quinque.
Balsami Peruviani optimi, grana
duodecim.
Salis Tartari, drachmam semis.
Misce exactissime & adde
Sacchari Canariensis subtilissi-
mè pulvisati, drachmam
unam.
Olei Cinnamomi destillati, gut-
tas quatuor.
Caryophyllorum, guttas
tres.
Ligni Rhodii, guttas duas.
His omnibus in cucurbitâ vitreâ
affunde Spiritus Rubi Idæi re-
ctificati uncias tres.
Digerantur loco calido tres, quatuorve
dies identidem de die agitando, à subfi-
dentibus fæcibus per inclinationem tandem
separa & Tincturam vase probè clauso ser-
va.

○ TINCTURA CORALLIO-
RUM.

Harum infinitus ferè numerus, sed inter
has paucæ admodum genuinæ pleræque
solutiones potius, quam Tincturæ, nec ra-
rò adulterinæ ad speciem magis & ostenta-
tionem atque emolumentum authoris,
quàm commodum utens elaboratæ ac
comparatæ. In hâc copiâ ac varietate de-
lectus difficilis, usus dubius, effectus incer-
tus, sèpius frustraneus. Verùm cum & hic
mori parentum ac opinioni, vulgi præser-
tim, aliquatenus serviendum, pro scopi &
intentionis diversitate unâ aut alterâ acqui-
escemus & quidem

Pro astringente in haemorrhagiis.

R. Coralliorum rubrorum grossè
contusorum, quantum vis.

Affunde spiritus Viridis æris rectificati aut
modo Zwelfferiano è Crystallis ejusdem

TIT.

cum spiritu Vini digestis parati, ad trium
circiter digitorum eminentiam, solve le-
ni calore digerendo, horas ad minimum
viginti quatuor. Si nondum sint soluta
omnia, recentem affunde spiritum, sed
parciore manu, sicque continua, donec
omnia ferè sint soluta, ac nil nisi fæces
supersint. Tinctas hâc ratione solutio-
nes, & à fæcibus bibulâ separatas, retor-
tæ vitreæ infunde, ac igne convenienti
blando, menstruum à coralliis solutis ad
melluginem lente abstrahe. Huic spi-
ritus Vini, quantum sufficit affunde, ac
digerendo rursus dilue; spiritum sub-
stantiâ coralliorum solutâ imprægnatum
ac tinctum per chartam emporeticam
cola ac à sedimento separa. Si dilutior
tibi appareat, aliquotam, sed lenissimo
balnei calore, partem abstrahe, reliquum
serva. Quòd si sapore forte austeriori
non fatis grato se commendet, Syrupo
Violarum aut Rubi Idæi proportione,
commoda addito illam emendare pote-
ris.

Pro sanguine emendando.

R. Coralliorum rubrorum grossè
contusorum,
Sacchari candi albi, ana quanti-
tatem moderatam, unius al-
teriusve unciae.

E retorta vitreâ, igne arenæ blando e-
voca tincturam rubicundam spissam butyri
instar Antimonii, quam Aquâ Cordiali gra-
tâ aliquousque dilutam filtra per chartam,
ac si vis Syrum cordiali edulcora.

Nota; Que cera flave liquata beneficio è
fragmentis Coralliorum rubrorum extra-
bitur, ac sacchari albi admixti admini-
culo, atque aquarum cordialium asper-
forum ope à cera recuperatur & à qui-
busdam pro genuinâ venditatur, ab aliis
ut fucatâ traducitur, blanda est, &
aliquid, sobrium tamen, meretur enco-
mium.

TINCTURA GRANORUM
ACTES.

R. Granorum è baccis sambuci, un-
cias octo,

Con-

BORUSSO-BRANDENBURGICUM. 217

TI.

Conquassatis affunde
Spiritus Vini Gallici rectificati,
libras duas.

Additis Vitrioli drachmis dua-
bus.

Stent infusa octiduum, tum per
emporeticam filtra & serva.

TINCTURA GRANORUM KERMES.

R. Granorum kermes selectorum,
quantum placet.

Aquæ florum tunicæ, pauxillo
Spiritus vitrioli acidulatæ, quan-
tum sufficit, paululum digerendo
extrahe Tincturam, ac vale probè
obturato serva.

TINCTURA HYPERICI FLORUM.

R. Florum hyperici circa solstiti-
um æstivum collectorum, quan-
titatem sufficientem.

Affunde iis in vase commodo, spiritus
eorundem florum abstractitii, ad eminen-
tiæ quatuor digitorum, digere vase ex-
actè clauso, loco tepido, triduum aut qua-
triduum & tingetur colore saturatè rubro,
qui si non sit satis saturatus, novis floribus
additis acquiri potest, postea per empore-
ticam filtretur.

○ TINCTURA LACCÆ GUMMI.

R. Gummi Laccæ selecti & in pul-
verem redacti, unciam unam.

Aluminis crudi, unciam semis.

Misce & affunde Aquæ pluviae
destillatae, uncias sex.

Bulliendo parùm solve gummi
& alumen, quibus refrigeratis
adde Aquæ Salviæ,

Rosarum, ana unci-
as duas.

ac per bibulam colata serva.

TI.

○ TINCTURA LUNÆ.

R. Limaturæ subtilissimæ Lunæ cu-
pellatæ, aut foliorum ejusdem,
quantum vis.

Huic super porphyrite, aut in paterâ vi-
treâ, pistillo vitro, exactè terendo, misce
Salis Urinæ volatilis quantum satis, donec
in pulverem abeat, aut massulam subcærü-
leam, cui in phialâ exactè claudendâ, affun-
de spiritus Salis Armoniaci Vinosi, quanti-
tum sufficit, ac digerendo tincturam extra-
he cœlestis Coloris.

○ TINCTURA MARTIS HEL- LEBORATA.

R. Limaturæ Martis,
Pulveris Tartari, ana libram semis.
Affunde Aquæ pluviae libras vi-
ginti octo.

In ollâ novâ, coque semper agi-
tando rudiculâ, donec exha-
lando in malagma quasi re-
ducatur, cui adde.

Fibrarum Hellebori nigri, un-
ciam unam.

Radicum Pimpinellæ majoris,
drachmas sex.

Aquæ pluviae libras tredecim,
Coquantur denuò sepiùs agitando, do-
nec ad remanentiam libratum octo exha-
larint, tunc filtra, & melioris conservatio-
nis ergo spiritus Cochleariaæ quantitatem
sufficientem adde, sicque serva.

○ TINCTURA MARTIS MYNSICHTI.

R. Limaturæ Chalybis, partem
unam,

Salis Armoniaci, partes duas.

Misce & ex retortâ per gradus destilla, igne
primum lento, dein fortiori, sic Martis es-
sentiâ in fundo remanebit. Hanc exem-
ptam optimè edulcora', edulcoratam cu-
cubitulæ inde & affuso spiritu Vini dige-
rendo tincturam extrahe, donec non am-

TL

plius tingatur vini spiritus. Tinctos spiritus
junctos è cucurbitâ igne lento ad mediata-
rem avoca, residuum per chartam bibulam
cola & pro Martis tincturâ serva.

TINCTURA MARTIS CUM
ARCANO TARTARI.

R. Arcani Tartari supra edocti,
Vitrioli Martis arte facti, ana
unciam unam.

Liquescant mixta per deliquium in
cella, huic liquori affunde Spiritus
Vini Tartarisati, suo loco tra-
diti, per vices, donec omnis ru-
bedo sit extracta & habebis Tin-
eturam supra dictam.

TINCTURA MARTIS EX
VITRIOLIO D. WEISII.

R. Vitrioli Martis ad rubedinem
calcinati, quantum vis.
Affunde Spiritus Salis dulcis quan-
tum sufficit, ac loco calido Tin-
eturam extrahe.

• TINCTURA MARTIS CUM
VINO MALVATICO.

R. Vitrioli Martis, è limaturā modo
infra docendo, oleo aut spiritu
Vitrioli parati, Tartari optimè
depurati, aut Crystallorum ejus,
ana libram semis.

Coquantur in aquâ simplici quantum sufficit, ac agitando continuè sensim exhalent ad mellis spissioris consistentiam, cui affundantur Vini Malvatici, aut Canariensis librae sex. Misce optimè ac digere biuum aut triduum tandem per chartam emporeticam destilla.

*Nota; Qui loco Tartari aut Crystallorum
ejus, terram illius foliatam, sal effusio-
ne Vini Zwelffero p. i. c. 3. p. 337. dictam
acceperit, ac cum Vitriolo Martis pre-
dicto, exacta in mortario vitro aut la-
pideo tritura combinabitur, atque in pa-*

'Tl.

tellà vitreà sparsim distributa aprico à-
liquamdiu exposuerit, donec efflorescant
ac rubicundo colore imbuantur, tum spi-
ritum Vini Cinnamomisatum aut aquam
saltēm Cinnamomi vinosam spirituosa-
ffuderit, Tincturam eleganter Martis,
pro verà à Zwelffero agniciam, nancise-
tur, qua optimo jure audiet

TINCTURA MARTIS ZWELFERI.

TINCTURA MARTIS CUM
SUCCO POMORUM BORSDORF-
FIORUM.

Affunde magmati prædicto loco Vini,
succum pomorum Borsdorffiorum expressū,
per residentiam depurati & clarificati di-
ctam quantitatem. Mixta digere dies a-
liquot, tum filtra & aliquotam succi quan-
titatem, sextam fortè, abstarhe maris bal-
neo, residuo durationis ergo tantundem
spiritus Vini rectificati restitue.

• TINCTURA MARTIS EX
CROCO ZWELFERI.

Hunc in finem præparandus pri-
mo Zwelferi ille crocus Martis
sequentि modo.

R. Nitri purissimi, libram unam,

Quam in crucibulo igne convenienti liqua, liquato injice ferri limaturam calefactam successivè, donec nitrum illa saturetur ac quasi siccescat, nec quicquam limatura superaddi possit. Tum aliquantulum adaueto igne, sponte nitrum accendetur ac totum quasi deflagrabit. Quo facto massam crucibulo exemptam aqua calida affusa digere & aquam colore rubicundo tintam deple, atque per filtrum trajectam loco quieto seponit, sic subsidebit pulvis rubicundus, quem aqua majorem partem decantata per bibulam separa, & probè siccatam recipit, affunde illi spiritum Veneris è viridi æris destillatum & rectificatum aut è Crystallis ærugininis Zwelfsc*i* modo paratum, ad eminentiam trium aut quatuor digitorum transverorum, digere calore leni, quo usque rubro tingatur colore,

TL.

tinctum deple, alium reaffunde, effunde, idque repete, donec non amplius tingatur spiritus. Tinctos hos omnes conjunctos in Maris balneo fervente ad olei consistentiam aut mellis liquidioris abstrahere. Residuo spiritum vini rectificatum affunde, digere, deple, idque toties hic quoque itera, quoties spiritus vini colorem contrahit. Tincturas omnes confusas in balneo Maris rursus ad liquoris spissiusculi, rubicundo colore semet commendantis, consistentiam abstrahere.

TINCTURA MARTIS TAR-TARISATAD. LUDOVICI.

R. Vitrioli Martis,
Tartari depurati, ana libram se-mis.

Coquantur Aquæ simplicis libris sex, agitando continuè, donec ad consistentiam mellis exhalet, huic magmati affunde Spiritus Vini communis libras sex, filtra, & si vis, libram unam spiritus affusi balneo Maris abstrahere, aut absque abstractione, pro lubitu, papaveris erratici essentia ulterius tingendam acquires essentiam, in affectionibus hypochondriacis & aliis plurimis planè egregiam.

TINCTURA MARTIS VI-TRIOLATA ANTISCORBU-TICA.

R. Vitrioli Martis artificialis,
Florum Salis Armoniaci Martia-
lium, ana unciam semis.
Spiritus Cochleariae, libram semis.

Mixta stent dies aliquot in digestione caloris blandi, donec omnia soluta, tum per emporeticam colata, vase idoneo bene clausa serventur.

Medicamentum in affectionibus hypochondriacis, scorbuticis & hysterics, viscerum obstructionibus referandis, ac menstruorum obstatulis removendis nobile.

Nota: Si Tinctura huic Martis Vitriolata flavæ, guttulae aliquot lignoris Martialis supra suo loco educti instillentur in mo-

TI.

mento nigrescit ac TINCTURÆ MAR-TIS ANTISCORBUTICÆ nomine venit, viscera roborat, Cachexie, Hydropi, Chlo-roso ac similibus vitiis medetur.

○ TINCTURA METALLO-RUM.

R. Reguli Antimonii Martialis, uncias duas.

Jovis Anglici,
Veneris depuratæ, ana unciam unam.

Liquefiant in crucibulo fortí, igne satis valido, primo loco Venus optimè depurata & in bracteolas tenues exiguas diminuta, tum huic liquefactæ & satis liquide fluenti antimonium superadde tandem & Jovem, quæ probè liquefacta miscéantur, tum infundantur in conum fusorium ac in pulverem subtilissimum redigantur.

Hujus pulveris recipe uncias duas.

Nitri optimè depurati ac siccissimi, uncias vi-ginti quatuor.

Commisceantur exactè & paulatim injiciantur, in crucibulum satis capax probè candens, quo factò crucibulum tege & ignem augē, ut fluant instar aquæ, quò diutius è melius, donec tota massa in scorias sit redacta è cæruleo viridescentes. Tunc in conum effusa quam primum induruerit in Mortario ferreo calefacto in pulverem redigatur, & vitro commodo, dum adhuc calet pulvis, inditæ Spiritus Vini rectificatiissimi librae duæ, aut tres abundantur ac digerantur donec tinctura sit extracta pulcherrimè rubens, salibus metallorum imprægnata.

Nota: Si loco Spiritus Vini spiritum bacca-rum juniperi rectificatum affuderis, ex-surgit que nonnullis placet

○ TINCTURA METALLO-RUM JUNIPERATA.

TI.

TINCTURA ODONTALGICA RORELLÆ seu RORIS SOLIS.

Fit è Rorellâ ab alienis, quæ ipsi colligentium incuria inhærere solent, quisquiliis sollicitè purgatâ, quantitate pro lubitu sufficiente, in umbrâ blandè siccata, cum Spiritu Vini Rectificatissimo, ad aliquot digitorum eminentiam affuso, in phiolâ optimè clausâ digerendo & extrahendo, tandemque per emporeticam separando, specificum sanè egregium & polychrestum contra varias defluxiones scorbuticas, & inde oriundos dolores quandoque intolerabiles, præcipue in dentes & maxillas decumbentes, mira sæpè præstans, jugi experientiâ comprobatum.

○ TINCTURA OPII
D. CRAANII.

R. Opii in Aqua pluvia soluti, per emporeticam colati, ac ad Melaginem inspissati, unciam unam.

Huic Salis Tartari purissimi subtilissimè in mortario calido pulverisati, drachmam unam misce, ac viginti quatuor horas digere, tum spiritus Vini rectificati, uncias sex affunde, atque in loco tepido opium solve, & tincturam ejus extrahe, decanta & filtra. Residuo unam adhuc atque alteram spiritus Vini unciam affunde, digere & filtratum priori extractioni adde, ac partem aliquam, tertiam forte vel quartam spiritus balneo Maris abstrahe, reliquum pro tincturâ supradictâ serva.

TINCTURA PAPAVERIS
ERRATICI.

Paratur juxta modum tincturæ florum Bellidis supra descriptæ, in defectu roris Vitrioli spiritum hujus, cum sufficienti quantitate Aquæ florum Rhœados distemporatum, recipiendo.

○ TINCTURA PROPRIETATIS MYSICHTI.

R. Spiritus Vini Anisati, uncias decim.

Elixir Proprietatis, unciam unam.

TI.

Confectionis Alkermes, sine moscho & Ambrâ, unciam semis.

Florum Tunicæ, drachmam unam.

Stent in digestione donec spiritus perfectè tingatur, spiritum tinctum & filtratum Sacchari candi quantitate sufficienti edulcora.

Nota; Moschum & Ambram omisimus, ut & iis, qui odora ferre nequeunt, usui esse possit. Iis, qui talia amant, facile pauxillo eorundem, aut confectionis Alkermes complete addito, satisfieri potest.

○ TINCTURA RHABAR-BARI.

R. Pulveris Rhabarbari optimi, unciam unam,

Salis Tartari, drachmas tres.

Aqua Cichorii,
Cinnamomi buglossatæ,
ana uncias sex.

Infusa stent loco tepido horas vinti quatuor, postea per bibulam colentur.

Nota; Cum Essentia ejusdem supra descripsa coincidit.

TINCTURA ROSARUM.

E foliis Rosarum saturatè rubrarum, quæ aceto rosaceo parando destinari solent, in umbrâ curiolè siccatis, aut incarnatarum five Provincialium (uti vulgo dicuntur) patratur methodo modo dictâ, ope roris Vitrioli, aut spiritum ejusdem Aquæ rosarum quantum sufficit, largiter dilutum illi substituendo.

○ TINCTURA SALIS VOLATILIS OLEOSA.

R. Olei Caryophyllorum, scrupulum unum.

Macis,
Nucis moschatæ, ana scrupulum semis.

Cin-

TI.

Olei Cinnamomi guttas sex.
 Corticum Citri,
 Aurantiorum, ana
 guttas quindecim.
 Salis Tartari, unciam unam.
 Cornu Cervi, unciam semis.
 Spiritus Vini Gallici rectificati, libram semis.
 Cornu Cervi, uncias tres.
 Infusa digere aliquamdiu.

o TINCTURA SOLARIS.

Harum innumeræ occurunt, sed vera oppidò rara, nigroque simillima cygnio: Cum dentur adhuc, qui eam inter non entia numerent, deque ejus existentia etiamnum, utut fortasse gratis, dubitent, quia menstruum illud solem blandè & radiciliter, ut ajunt, solvens, non corrosivum & intimè illum sibi ac indissolubili connubio copulans, in Democriti adhuc dum puto profundè reconditum latere sustinent. Sucedaneæ admodum variant; Nos ut vulgi iterum opinioni & voto aliquatenus satisfiat, sequentem, si non Tincturam, saltem solutionem Tincturæ æmulam, non inconcinnam, nec usu suo & effectu penitus destitutam dabimus.

R. Croci Solis methodo supra descriptâ cum Mercurio & sulphure parati, aut ejus defectu Auri per Antimonium ritè purgati seu Obryzi & lamellati, in Aquæ Regiæ quantitate sufficiente dissoluti, ac spiritu Salis Armoniaci præcipitati, aliquatenus edulcorati, & absque calore actuali ullo, ne Solis quidem, cautè siccati, pulverem subtilissimum cautissimè leni tantum tritura comminutum. Quorum alterutro affunde spiritus è connubio spiritus Vini Rectificatissimi cum spiritu salis Microcosmici summè rectificato, illisque in Maris balneo digestis ac sèpius cohobatis, emergentis, aut spiritus saltem Armoniaci Vinosi subtilissimè rectificati, ad trium digitorum eminentiam in vase proportionato, digere calore leni, donec saturata tincturâ spiritus assusus imbua-

TI.

tur, quem decanta, aliud affunde, dixer & deple, idque toties donec nullum amplius colorem emergere deprehendas. Tincturas omnes conjunge, ac lenissimo balnei roris calore aliquotam spiritus partem abstrahe, ad usque Tincturæ grato colore commendabilis consistentiam.

TINCTURA SOLARIS, QUI-
BUSDAM DICTA, ALIA.

E terrâ Minerali Hassiacâ, (cui analogâ in Marchia quoque nostræ ad Viadrum ripis & circa eas collibus reperiunda,) aëri, in loco ventis patente, à pluviis autem libero, diu satis multùmque expositâ, tandemque humore æthereo imprægnatâ, quæ Vitrioli Martialis, aut, ut aliis placet, solaris, indolem cum tempore induit, quod tum aquâ roris Majalis destillatâ, extractum in tincturam, quam Solaris nomine dignantur, transit. Aut, quod fortasse satius, in instrumento vitineo ad id aptato ac loco commodo, aëri perfluo, suspenso, sicque æthereo influxui patente, tandem in liquorem sponte fatiscens, in vitrum substitutum, in fundibulo vitreo emporeticâ instruto, colore rubicundo destillans, tincturam subdulcis vitriolati faporis, insignium dubio procul virtutum, præbet.

TINCTURA SPLENETICA.

R. Tartari albi probè depurati, libram unam.

Nitri itidem optimè depurati & crystallisati uncias sex. In pulverem redacta misce & in mortareo ferreo admota prunâ aut ferro candente detona, sic in pulvrem ex albo nigrum aut fuscum, quem docimastæ fluorem appellant nigrum, fatiscet, huic in eodem mortario, à detonatione adhuc calente, affunde, servefactæ Aquæ

Petroselini,

Fragorum,

K k k

Cichorii,

TI.

Cichorii,

Hirundinum, ana mixtæ.

quantitatem sufficientem, ut manum unam aut alteram transversam superemineat, stet loco calido per noctem, tum decantatam filtrā pulveri residuo denuō ferventem A-quarum illarum portionem affunde, ut quod salis in illo adhuc reliquum elixivietur, idque donec omnis sal sit exhaustus repete. Hujus aquæ sale imprægnatæ, adeoque li-xiviosæ, si sit mensura una, in ollam trium mensurarum capacem infusæ, ac olla in patinam fictilem largam impositâ, inspergendo miscè Tartari albi probè depurati ac subtilissimè pulverisati, lib. am unam, & effervescens satis violenter ac ebullient, cessante ebullitione, bacillo probè agita, quò penitus uniantur, & commisceantur, si quid ebulliendo effluxerit in patinam. re-liquo in olla redde, sic dies aliquot quiescant, tandem decanta ac filtra, ac aquam habebis, seu tincturam, puniceam, in vase probè tecto servandam, leni ac tenibus, a-liorumque viscerum & vasorum obstruc-tionibus referandis, visciditati humorum inci-dendæ ac fabulo renum exturbando, cor-disque angoribus sopiendis, dicatam.

○ TINCTURA SULPHURIS.

R. Sulphuris flavi communis, unciam unam.

Liquefac igne leni in patinâ aut cacabo terreo vitreato, huic liquefacto adde paulatim,

Salis Tartari optimè siccata & pulverisati, unciam femis.

Misce, donec ebullitio sulphuris cesseat.

Huic sulphuri Sale Tartari nutrito & antequam planè refrigeretur in pulverem contuso, affunde in vase commodo spiritus Vini libram circiter unam, digere vase optimè clauso, calore moderato, usque dum spiritus sufficienter sit tinctus.

○ TINCTURA TARTARI.

R. Salis Tartari in furno figulino, aut saltem anemio, igne vio-

TI.

lentissimo ad cœruleum viridi intermixtum colorem calcinati, quantum vis.

Pulverisato in mortario calefacto, ac phio-læ indito affunde Spiritus Vini, simplicis aut mediocriter rectificati, ad eminentiam trium quatuorve digitorum ac digerendo Tin-cturam extrahe, quam post habito nonnullorum sinistro de illâ judicio, virtute de obstruente à Sale Tartari imprægnatam, à residuo bibula separatam, in vase benè clau-so serva.

TINCTURA TARTARI
ANISATA.

Modum illam parandi è notâ Balsamo Vitæ additâ petenda, loco oleorum aromaticorum illic commendatorum, solum oleum anisi destillatum recens usurpando: Eodem enim processu cum Sale Tartari simplici aut duplicato producitur. Egregiarum alias virtutum in affectibus præsertim pectoris, tum & in referandis viscerum obstructionibus à visciditate & tenacitate humorum pendentiibus, torminibus quoque & doloribus scorbuticis & colicis sopiendis, mediantibus, qui-bus abundat, Tartarei salis, aliquatenus volatilisati particulis, huic digestione sufficien-ti nuptis, commoda ac impensè grata, hinc nonnullis haec tenus cum aqua Thee hausta, in arcanis ac deliciis propemodum habita.

○ TINCTURA VENERIS
VIRIDIS.

R. Vitrioli Veneris, unciam unam. Salis Armoniaci, drachmas duas.

In pulverem redacta funde in crucibulo igne moderato, & quando materia incipit liquari, agita spatulâ & ex viridi nigrescit, quo signo apparente è crucibulo exemptæ & in pulverem contritæ, in vitro commo-do, spiritum Vini affunde rectificatissimum, ad digitorum duorum eminentiam, digere calore leni ac viridem nancisceris tin-cturam, quam per Emporeticam cola & serva.

○ ALIA CYANEI COLORIS.

R. Lunæ vulgatis non cupellatae, quan-

TL. TR.

quantum placet, solve eam in
Aqua fortis, quantum sufficit.

Solutam præcipita Aquâ Salsâ, Calcem
præcipitatum edulcora & sicca, cui in vitro
commodo affunde spiritus Salis Armoniaci
Vinosi, ad eminentiam duorum aut trium
digatorum, digere donec eleganti colore
coelesti imbuatur menstruum, solutionem
tinctam decanta, ac recentem spiritum af-
funde digere, effunde, idque itera donec
non amplius tingatur spiritus. Tinctos o-
mnes confunde atque menstrui partem, pro-
lubiru, donec color satis tibi atrideat, le-
nissimo balnei calore abstrahe.

TRAGEA ALBA.

R. Zingiberis albi,
Cinnamomi acuti, ana unciam
unam.

Macis,
Caryophyllorum, ana nnciam
semis.

Galangæ, drachmas duas.
Seminis Coriandri, scrupulum
unum.

Sacchari albissimi, libras tres.

Misce fiat omnium pulvis pro
trageâ.

TRAGEA OPHTHALMICA.

R. Specierum Diapleris,
Seminis fœniculi, ana drachmas
sex.

Macis,
Caryophyllorum,
Cubebarum,
Cinnamomi acuti,
Piperis longi, ana drachmam
unam.

Radicum Valerianæ, drachmas
duas.

Summitatum Euphrasiæ, uncias
tres.

TR.

Sacchari albissimi, uncias quin-
que.

Misce fiat lege artis tragea.

○ TROCHISCI DE ABSIN-
THIO.

R. Absinthii nostratis,
Rosarum rubrarum,
Seminis Anisi, ana drachmas
duas.

Apii,

Amygdalarum amararum de-
corticatarum,
Asari radicum,
Folii, aut ejus loco Macis,
Rhabarbari electi,
Spicæ Indicæ,
Succi Eupatorii Mesues inspi-
fati, ana drachmam
unam.

Cichorii depurati, quantum
sufficit.

Misce fiant secundum artem tro-
chisci.

○ TROCHISCI DE AGARICO.

R. Agarici albi & levis, uncias tres.
Salis gemmæ, unciam semis.
Zingiberis albi, drachmas tres.
Oximellis simplicis, quantum
sufficit, ut fiant ex arte tro-
chisci.

○ TROCHISCI ALHANDAL.

R. Pulpæ Colocynthidis, à Semini-
bus liberatae, minutimque con-
cise, uncias decem.

Macerentur mucilaginis, ē Gum-
mi Arabici,
Bdellii,
Tragacanthi, ana drachmis
duabus

Aqua rosacea extractæ modico, ut tan-
tum madescant, tum siccentur exactè &
K k k 2 pul-

TR.

pulverisentur atque ē pulvere cum residuo ejusdem mucilaginis impastato, ut artis est, Trochisci efformentur.

○ TROCHISCI ALIPTÆ
MOSCHATÆ.

R. Ambræ gryseæ, drachmam unum.

Camphoræ, drachmam semis.
Ladani, uncias quatuor,
Ligni Aloës veri, drachmas duas.
Moschi Alexandrini, scrupulum semis.

Sacchari albissimi, uncias duas.
Styracis Calamitæ, uncias duas semis.

Aqua Rosarum fragrantis & spirituosa, quantum sufficit.
Misce lege artis, ut fiat pasta, indeque trochisci.

TROCHISCI ALKEKENGI,
SEU DE HALICACABO
CUM OPIO.

R. Amygdalarum amararum, decorticatarum,
Amyli,
Boli Armenæ,
Glycyrrhizæ succi depurati,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Olibani,
Pinearum mundatarum,
Sanguinis Draconis præparati,
Seminis Papaveris albi, ana drachmas sex.

Citrulli decorticati,
Cucurbitæ nostratis decorticati,
Melonum decorticati, ana drachmas tres cum semisse.

Apii,

TR.

Hyoscyami,
Succini Albi,
Terræ sigillatæ,
Opii depurati, ana drachmas duas.

Baccarum Alkekengi, drachmas tres.

Cum succo Halycacabi ē recentibus bacis, aut siccis aquâ Rosaceâ maceratis, expresso, fiant lege artis Trochisci.

○ TROCHISCI ALKEKENGI
SINE OPIO.

Fiant modo prædicto opio solum omisso.

○ TROCHISCI BECHICI ALBI CUM MOSCHO.

R. Amyli, uncias tres.

Ambræ gryseæ, scrupulum unū.
Moschi Alexandrini, scrupulum semis.

Pulveris radicum Iridis Florentinæ subtilissimi, uncias duas.

Sacchari albissimi, libras duas.
Cum sufficienti quantitate gummi.
Tragacanthi, Aquâ rosaceâ soluti,
Fiant arris lege trochisci.

Dempto Moscho & Ambrâ fiunt.

TROCHISCI BECHICI ALBI
SINE MOSCHO & AMBRA.

○ TROCHISCI BECHICI MAJORES FRIDERICI WILHELMI
ELECTORIS.

R. Succi Liquiritiae inspissati, quantum vis.

Solve in quantitate sufficiente Aquæ Looch Sani, aut alterius cuiusdam Pectoralis; Solutum per emporeticam aut manicam Hippocratis colla. Colatum ad mellis consistentiam rufus inspissa. Tandem admixto Saccharo candi, aut saltem albo Cannariensi, fiat artis lege massa, ē quâ formetur justæ magnitudinis Trochisci.

TRO-

TR.

TROCHISCI BECHICI
NIGRI.

R. Pulver. Radic. Iridis Florentinæ,
uncias tres.
Liquiritiæ,
Seminis Anisi,
Fœniculi, ana un-
cias quinque.

Storacis Calamitæ depurati,
drachmas duas.

Succi Liquiritiæ, in aquâ hyslo-
pi dissoluti, uncias
quatuor.

Sacchari Melitæi, purissimi.
Mucilaginis Tragacanthi aquâ
Rosarum soluti, quantum
sufficit.

Misce fiant ex arte Trochisci.

◦ TROCHISCI DE BERBE-
RIBUS.

Hi, ad Electuarium Rosatum Mesues
tantum requisiti, rarissimi alias usus, vix lo-
cum hic merentur, cum & electuario illo
commodè carere possemus, sed cedendum
& hâc in parte consuetudini.

R. Berberum, drachmas duas.
Galliæ Moschatæ,
Ligni Aloës,
Masticæ,
Nardi Indicæ,
Seminis Acetosæ,
Spodii, ana drachmam unam.
Gummi Arabici, drachmas tres.
Rosarum rubrarum, drachmas
quinque.

Aquaearundem, quantum suf-
ficit,

Misce, fiant secundum artem Tro-
chisci.

◦ TROCHISCI DE CAPPAB-
RIBUS.

R. Acori,

TR.

Aristolochiæ rotundæ veræ,
Ammoniaci,
Amygdalarum amararum,
Calaminthæ,
Foliorum Rutæ,
Succi Eupatorii Mesues,
Seminis Nasturtii,

Nigellæ, ana drachmas
duas.

Agni casti,

Corticum radicum Capparum,
ana drachmas sex.

Ceterach seu scolopendri veri.

Cyperi rotundi, ana drachmam
unam.

Omnibus subtilissimè tritis, cum

Ammoniaco in aceto dissoluto, pa-
rentur, ut artis est, Trochisci.

◦ TROCHISCI DE CARABE
SEU SUCCINO.

R. Succini albi, drachmas sex.

Balaustiorum,
Coralliorum rubrorum,
Cornu Cervi usti,
Gummi Arabici,
Laccæ,
Tragacanthi,

Masticæ,

Papaveris nigri,

Succi Acaciæ,

Hypocystidis, ana dra-
chmas duas.

Croci,
Olibani,

Opii, ana scrupulos quatuor.

Mucilaginis Seminis Pfyllii, A-
quâ plantaginis extractæ,
quantum sufficit.

Misce, fiant lege artis trochisci.

TR.

○ TROCHISCI DIARRHÖ-

DON.

- R. Rosarum rubrarum recentium,
drachmas tres.
Camphoræ, scrupulum semis.
Croci, scrupulos duos.
Santali albi,
rubri, ana drachmam u-
nam semis.
Spodii, drachmas duas.

Rosis in mortario lapideo contusis reliqua trita subtilissimè, tandem & camphoram adde, ac cum aquæ rosarum modico subaëta, formentur in Trochiscos, in umbrâ siccandos.

○ TROCHISCI DE EUPA-

TORIO MESUÆ.

- R. Anisi,
Asari,
Rhabarbari, ana drachmas duas
semis.
Rosarum, unciam semis.
Spicæ Indicæ, drachmas tres.
Rasuræ Eboris subtilissimæ, dra-
chmas tres cum semisse.
Mannæ Calabrinæ depuratæ,
Succi Eupatorii, ana unciam u-
nam.
Cum aquæ Cuscutæ, quantum suf-
ficit, formentur Trochisci.

○ TROCHISCI PRO FUMO

CONTRA PESTEM.

- R. Asæ dulcis, scrupulos quatuor.
Camphoræ, scrupulum semis.
Foliorum Rosarum rubrarum,
drachmam unam.
Ladani, unciam unam.
Macis,
Melissæ,
Radicum Valerianæ,
Zedoariæ,

TR.

Santali Citrini, ana drachmam
unam.

Storacis Calamitæ, drachmas
duas cum semisse.

liquidae, scrupulos duos.
Moschi optimi, grana duo.

Ambræ gryseæ, grana tria.

Pulverisentur pulverisanda sub-
tilissimè & fiant cum mucilagine
Tragacanthi Aquâ Rosarum factâ
lege artis Trochisci.

○ TROCHISCI GALLIÆ MO-

SCHATÆ.

- R. Ambræ griseæ, drachmas tres.
Ligni Aloës, drachmas quinque.
Moschi, drachmam unam.
Mucilaginis Gummi Tragacan-
thi, Aquâ Rosarum fragran-
tissimâ extractæ, quantum suf-
ficit.

Misce fiant lege artis Trochisci.

○ TROCHISCI GORDONIL.

- R. Amygdalarum dulcium,
Baccarum Myrtillorum,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Hordei mundati,
Liquiritiae rafæ,
Pinearum mundatarum,
Pistaciorum,
Seminis Bombacis,
Cydoniorum,
Malvæ,
Papaveris albi,
Portulacæ,
quatuor frigidorum ma-
jorum excorticato-
rum,
Mucilaginis feminis Psylliis, ana
unciam unam.
Boli Armenæ,
Myrræ

TR.

Myrrhæ rubræ,
Sanguinis Draconis,
Spodii, ana unciam semis.
Sacchari Candi, uncias duas.

Cum Hydromelle parentur Trochisci.

○ TROCHISCI DE LACCA.

℞. Laccæ mundatae,
Succi Glycyrrhizæ,
Eupatorii,
Absinthii,
Berberum,
Rhabarbari,
Aristolochiæ longæ,
Costi,
Asari,
Amygdalorum amarorum,
Rubiaæ,
Anisi,
Apii,
Schœnanthi, ana drachmam
unam.

Cum decocto Aristolochiæ &
Schœnanthi aut succo Eupatorii
fiant Trochisci.

○ TROCHISCI MOSCHARDINI CUM AMBRA.

℞. Ambræ gryseæ, scrupulum u-
num.
Moschi optimi, scrupulum se-
mis.

Pulveris Ireos Florentinæ, dra-
chmas duas.

Sacchari albissimi, libram unam.

Cum mucilagine Tragacanthi a-
quâ Rosarum fragrante so-
luti, quantum satis.

Parentur juxta artem Moschardini.

○ TROCHISCI DE MYRRHA.

℞. Asæ fætidæ,
Gumini,

TR.

Menthastræ,
Pulegii,
Rubiaæ Tinctorum,
Rutæ,
Opopanaxis,
Sagapeni, ana drachmas duas.
Lupinorum, drachmas quinque.
Myrrhæ, drachmas tres.

Gummi in aceto Scillitico solvan-
tur, ac addito succo.

Artemisiæ, quantum ejus requi-
ritur.
parentur Trochisci.

○ TROCHISCI RAMICH
MESUÆ.

℞. Gallarum, quantum fieri potest
recentium subtilissimè trita-
rum, unciam unam semis.
Gummi Arabici, drachmas sex.
Santali citrini, drachmas quin-
que.

Rosarum rubrarum, unciam
unam.

Granorum Myrti, uncias tres.
Sumach,

Spodii, ana unciam semis.
Caryophyllorum,
Ligni Aloës,
Macis,
Nucis Moschatæ, ana drachmas
duas.

Camphoræ, drachmam unam.
Omphacii, drachmas tres.

Succi Acetosæ, quantum sufficit.
Miscendo & exactè subigendo, fi-
ant lege artis Trochisci.

○ TROCHISCI DE RHA-
BARBO.

℞. Rhabarbari optimi, unciam u-
nam.

TR.

Amygdalarum amararum de-
corticatarum,
Succi Eupatorii, ana unciam se-
mis.
Rosarum rubrarum, drachmas
tres.
Absinthii,
Anisi,
Asari,
Radicum Rubiae,
Seminis Apii,
Spicæ Indicæ, ana drachmam
unam.

Cum mucilagine Tragacanthi aqua Cuscu-
ta soluti fiant Trochisci.

○ TROCHISCI DE ROSIS.

R. Absinthii Pontici,
Cassiæ ligneæ veræ,
Cinnamomi,
Nardi Indicæ,
Schœnanthi, ana drachmam u-
nam.
Ligni Aloës, drachmas duas.
Masticæ, drachmam unam se-
mis.
Rosarum rubrarum, unciam se-
mis.

Cum sufficienti decocti quinque radicum
aperientium quantitate subigantur, in sub-
tilissimum redacta pulverem, ut fiat pasta,
ex quâ formentur trochisci.

TROCHISCI DE SUCCO
LIQVIRITIÆ CORRECTO.

R. Succi Liquiritiæ, libram unam.
Laetis Sulphuris, uncias quatuor.
Opii Citrati, drachmas tres.
Salis Tartari, drachmas quinque.
Misce fiant lege artis Trochisci.
Opium citratum fiat opio depurato ante
omnimodam inspillationem succi Citri con-
gruam quantitatem, sorte & syrapi Corti-
cum Citri, addendo.

TR.

○ TROCHISCI DE TERRA
SIGILLATA.

R. Acaciæ,
Amyli,
Balaustiorum,
Boli Armeniæ,
Carabes,
Coralliorum rubrorum,
Gummi Arabici,
Hypocystidis,
Lapidis Hæmatitæ,
Rosarum rubrarum,
Sanguinis Draconis,
Terræ Sigillatæ,
Trocischorum Ramich, ana dra-
chmam unam.
Margaritarum præparatarum,
Spodiæ ex Ebore,
Tragacanthi,
Seminis papaveris nigri, ana dra-
chmam unam semis.
Rosarum, drachmam u-
nam.
Portulacæ,
Conorum Cupressi,
Cornu Cervi usci & præparati,
Croci,
Olibani, ana drachmas duas.

Cum suffiente quantitate. Aquæ plan-
taginis fiat massa & ex illâ Trochisci.

○ TROCHISCI DE VIPERA.

R. Viperarum exenteratarum ac
detractis exuvii, capite ac
caudâ truncatarum carnem,
quantum ejus sufficit.
Coque in quantitate congruâ a-
quæ fontanæ sale ac anetho
conditæ, donec à spinis sece-
dat,

Quam sic ab illis separatam paululum
exsicca, atque uncias ejus octo cum Panis
triticei albissimi bis cocti, in pollinem sub-
tilissi-

TR.

tilissimum redacti, ac cibrati unciis duabus, modico juris à decoctione earum residui & aliquousque insipillati in massam compinge, è quā trochilos formā tenues in umbrā siccandos & crebrò, ne situm contrahant, vertendos, tandemque in vase vitro aut vitreato optimè clauso servandos.

○ TRYphera MAGNA.

R. Radicum Calami aromatici,
Cyperi,
Galangæ majoris,
Iridis Florentinæ,
Peucedani,
Corticum Mandragoræ,
Foliorum Rosarum rubrarum,
Seminis Anisi,
Apii,
Dauci,
Fœniculi,
Hyoscymami,
Hyssopi,
Nasturtii Aquatici,
Ocimi,
Petroselini,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Costi,
Galangæ minoris,
Nardi Celticæ,
Piperis,
Spicæ Indicæ,
Styracis Calamitæ,
Zedoariæ,
Zinziberis, ana drachmam unam.

Mellis despumati, uncias decem.
Misce fiat secundum artem Electuarium.

○ TRYphera MINOR.

R. Myrobalanorum Belliricarum,
Chebularum,

TR.

Emblicarum,
Indarum,

Nucis Moschatæ, ana drachmas quinque.

Afari,
Cyperi,
Foliorum Tamarisci,
Nardi Indicæ,
Olibani,
Piperis,
Schœnanthi,
Zingiberis,
Seminis Ammeos,
Nasturtii,
Origani Cretici, ana unciam semis.

Chalybis, aceto Vini per quinque dies macerati, drachmas viginti.

Myrobalani, butyro recenti non salito modicè frixa & reliqua oleo amygdalarum dulcium imbuta, Mellis despumati triplo, libris circiter duabus, secundum artem miscantur, ac sub finem addendo Moschi drachmam unam, probè subigantur pro Eleuario.

○ TRYphera SARACE-NICA.

R. Amygdalarum amararum, dulcium,
Myrobalanorum quinque, ana drachmas quinque.

Radicum Apii,
Been utriusque,
Cyperi,
Eryngii,
Herbarum Lepidii,
Rutæ,

Seminis Fraxini,
Cardamomi utriusque,
Caryophyllorum,
Cassiae ligneæ,
M m m Cin-

TU.

Cinnamomi,
Folii,
Ligni Aloës,
Spicæ Indicæ,
Trium Piperum,
Zingiberis,
Masticæ,
Rhabarbari,
Seminis Fœniculi, ana drachmas
duas.

Macis,
Nucis Moschatæ,
Sesami excorticati, ana dra-
chmas tres.

Menthæ crispæ siccæ,
Ocimi Caryophyllati,
Origani Cretici, ana drachmam
unam semis.

Eodem, quo in præcedenti, modo præ-
parata commisceantur cum triplo Mellis
despumati, in Electuarium.

○ TURPETHUM MINE- RALE.

℞. Mercurii optimè purgati, libram
semis.

Olei sulphuris per campanam
facti & rectificati, libram u-
nam.

In retortâ vitræ loricatâ, oleum Mer-
curio affunde, & per biduum in arenâ orifi-
cio obturato digere, postea igne auctiori
oleum sulphuris avoca, avocatum reaffun-
de, ac revoca, sicque tertia vice cohoba.
Quartâ recentis adhuc olei sulphuris ali-
quid adde, ac rursus abstrahere, sub finem i-
gnem augendo, ut retorta candeat, sic præ-
cipitabitur Mercurius in massam albam,
quam fractâ caute retortâ, ne quid vitri
aut alias peregrini accedat, exime & super
marmore tere, ac aquâ pluvia destillata ca-
lidâ in vase ampli orificii acrimoniam o-
mnem repetitâ sèpiùs affusione & effusione
ablue, pulverem quâvis vice strenue agi-
tando, & postquam per horas quatuor sibi

VI.

relictus subsederit, decantando, idque eò
usque continuando donec nulla amplius
in aquâ decantata deprehendatur acrimo-
nia, sed pulvis subsidens flavissimum colo-
rem acquisiverit. Hunc pulverem flavum
phiolæ oblongi colli inditum obturato collo
gossypio igne arenæ vehementi per octi-
duum reverbera, ut siquid Mercurii non fa-
tis fixati restet, interea sublimetur, tum phi-
olæ collum caute à reliquo collo annulo
ignito separa, ne quid fortè sublimati in
Turpethum relabatur. Hoc autem spiritu
Vini rectificato imbibe, eumque desuper
accende, quo deflagrante, massam super
porphyrite subtilissimè tritam, in vitro o-
ptimè clauso serva.

Nota; Hoc est turpethum illud minerale
hactenus officinis familiare, operose satis
parandum. D. Ludovici, magno laboris
compendio aliud dissert. I. p. 96. & Zwei-
ferus Mantissa spagyrica part. I. c. 7. p.
354. è sublimato corrosivo aquâ ca-
lidâ soluto atque Tartari oleo in pulve-
rem flavum, lento calore pro usibus in-
ternis aliquamdiu digerendum, preci-
pitato, docet.

○ VITRIOLUM ALBUM VO- MITIVUM.

Consule supra Gillam Theoc-
phrasti.

VITRIOLUM MARTIS.

Paratur communissimè & commodissimè ex Martis limatur aliquoties & suffi-
cienter sulphurata, ac subtilissime pulverisata,
aquâ Vitriolum eluendo, filtrando & ad cu-
ticulam evaporando demumque, ut artis
est, in loco frigido crystallisando. Vel mo-
do sequenti:

℞. Limatura Martis puræ, quantum vis, af-
fundere ei quantum sufficit Menstrui, è par-
te unâ olei Vitrioli & partibus duabus
Aqua pluviae mixti, aut saltem spiritus
Vitrioli aut sulphuris communis modico
aqua pluviae temperati, ac in calore a-
renæ leni digerendo limaturam solve
in liquorem viridiuscum, qui calide
filtratus & ad cuticulam evaporatus, Vi-
triolum Martis præbet satis elegans.

○ VI.

VI.

○ VITRIOLUM VENERIS.

Eodem ferè quo Martis modo fit, calcinatione cum sulphure. Laminas nimirum Cupri tenues in frusta minora scissas cum sulphure stratificando in crucibulo ac igne circulari pedentem admoto, donec Sulphur incendatur, ac deflagret, laminas per horæ circiter spatum calcinando. Quo facto & crucibulo refrigerato, exemplas & aeris usi instar nigricantes tere ac cribra, pulveremque cacabo terreo aut patinæ plani fundi non vitreatæ committe ac prūnis impositum bacillo cupreο continuè move, ut in præparatione Vitri antimonii, sic sulphur rursus incenditur, ac penitus exhalat, ubi materia baculo adhaerere incipit, satis pro prima vice calcinatum. Refrigescat, iterum pulverisetur, cibretur, ac denuò unciā una semis ad quamvis libram pulvēris admisce sulphuris triti, ac cacabo rursus impositum prūnis substratis, ut priùs, movendo sulphur accendatur & deflagret donec cacabi fundus candescat, tum cuprum instar pastæ mollescit ac bacillo adhaeret. Refrigeretur cacabo exemtum denuò, teratur & cibretur, ac addita singulis libris uncia unā semis, & non plus, quod notetur, sulphuris, ut ante in cacabo calcinetur, idque quartā, quintā, imo sextā & septimā vice iteretur, tandem pulveri trito & cibrato, in patinā ligneā (vitrea quidem aptior esset, sed vix ac ne vix quidem præcaveri potest, ne rumpatur) aquam ferventem limpidissimam affunde, quā calx solvetur ac in solutionem cœruleam abibit, quæ filtrata in vase commodo, quod aquam Vitrioli non inbibat, (plumbeus hic catinus palmam aliis præripit) leni, sufficienti tamen, igne ad cuticulam exhalet, tum in frigido ad Crystallisandum reponatur, impositis ad facilitandum Crystallisationem bacillis lignēis. Aquam exemptis Crystallis reliquam ulterius exhala ad cuticulam, & crystallisa, idque toties repete, donec totum, paucō residuo excepto, quod coagulari in crystallos renuit, in vitriolum elegans cœruleum abierit. Crystallos super emporeticā sicca. Sulphur exhalando, pulveris formā fundum petens, ac in filtro residuum seorsim collige, præparando croco Vitrioli

VI. UN.

Veneris calcinatione moderata, quā tubescit, aptum.

○ VITRIOLI COLCOTHAR.

Caput ejus est mortuum, seu residuum à destillatione Vitrioli cujuscunq[ue], dē quo vide in destillatione spiritus Vitrioli.

○ VITRIOLI ROS.

Phlegma est subacidum, in destillatione spiritus Vitrioli volatilis, quam suprā vide, primò lenissimo igne balnei destillans, seorsim exceptum.

○ VITRIOLI TERRA DULCIS.

Supra dictum est caput mortuum Vitrioli edulcoratum, & à sale Vitrioli albo Vomitivo liberatum. Quod si Vitriolum fuerit Martis Destillationi commissum, edulcoratum ejus caput mortuum,

TERRA DULCIS VITRIOLI
MARTIS dicitur.

VITRUM ANTIMONII.

Vide supra Antimonii Vitrum.

UNGUENTUM ÆGYPTIA-
CUM.

R. Æruginis, drachmas sex.

Mellis puri, uncias duas.

Aceti Vini acerrimi, unciam unam.

Ærugo trito aceto diluatur, ac per setaceum colata, mellique permixta, igne ad unguenti molliusculi, colore se purpureo commendantis, consistentiam coquatur.

○ UNGUENTUM AGRIPPÆ.

R. Radicum Bryoniae, libras duas.

Cucumeris asinini, libram unam.

Ebuli,

Filicis,

Ireos nostratis, ana-

uncias tres.

Scillæ, libram semis.

UN.

Tribulorum aquaticorum, uncias duas.

Tribuli cum radicibus, omnibus sollicitè mundati & contusi, macerentur octiduum in

Olei recentis olivarum, libris octo.

Postea ad consumtionem humiditatis omnis lento igne coctis & fortiter expressis addantur & colliquentur,

Ceræ flavæ, unciae quindecim.

Mixtisque omnibus probè, fiat unguentum.

UNGUENTUM ALABASTRINUM.

Florum recentium Chamomillæ, uncias duas cum semife.

Rosarum Damascenarum,
Sambuci, ana uneias duas.

Herbarum recentium Betonicæ,
Rutæ, ana

unciam
unam
semis.

majoranæ,
unciam,
unam.

Radicum recentium Altheæ, uncias duas.

Contundantur exactè & in Olei Rosacei, librâ unâ semis.

Coquantur ad humiditatis consumptionem, tum exprimantur & colentur, Collato huic oleo Alabastræ subtilissimè triti, unciae tres sollicitè misceantur, tandem & Ceræ albæ, quantum sufficit, colliquetur, ut ex omnibus pistillo ligneo continuè ac probè agitatis, donec refrixerint, fiat unguentum justæ consistentiæ.

UN.

UNGUENTUM ALBUM CAMPHORATUM.

Albuminum ovorum probè conquassatorum, numero sex.

Camphoræ, guttis aliquot olei sequentis rosarum dissolutæ, drachmas duas.

Ceræ albæ, uncias tres.

Cerussæ Venetæ albissimæ, subtilissimè tritæ,

Olei Rosacei, ana libram unam.

Misce, lege artis, ut fiat unguentum.

UNGUENTUM ALBUM RESOLVENS mammarum tumores.

Olei amygdalarum dulcium, quantum vis, huic exactè misce in mortario lapideo aut vitro Spiritus salis ammoniaci cum calce vivâ parati, quantum sufficit, pro componendo linimento debitæ consistentiæ.

UNGUENTUM ALBUM SIMPLEX.

Cerussæ tritæ, ac cum Aquâ Rosarum præparatæ,

Ceræ albæ, ana libras duas.

Sevi Hircini,

Olei olivarum,

Rosati, ana libram unam.

Ceræ oleis colliquatae Sebum Hircinum, tandemque Cerussam exactè contritam misce, & secundum artem unguentum para. Cui, si res exigit, ex tempore ovi albumen conquassatum justâ proportione addi ac commisceri potest, alias unguentum minus durable reddens.

UNGUENTUM DE ALTHEA.

Radicum Althææ recentium, minutim concisarum & contusarum, libram unam.

Seminis Fœnu Græci,

Lini, ana uncias sex.

Pul-

UN.

Pulveris radicum Circumæ, unciam semis, aut quantum sufficit, pro colore flavo grato.

Butyri Majalis recentis, non saliti, libras decem.

Coquantur leni igne ad consumtionem humiditatis & consistentiam decentem, postea per linteum colentur & fiat lege artis Unguentum.

UNGUENTUM AD AMBUSTA.

R. Corticum medianorum, succulentorum, Sambuci,

Tiliæ, ana manipulum unum.

Succi plantaginis, recenter expressi, unciam unam.

sempervivi, unciam semis.

Olei lini recens expressi, uncias sex.

Bulliant leni igne ad consumptionem humiditatis, Oleo colato misceantur exactè in mortario plumbeo

Cerussæ Venetæ minutissimè tritæ, ac Aquâ rosarum lotæ,

Sevi Cervini, aut Hircini, ana uncia una.

Sacchari, drachmæ duæ.

Olei de Vitellis ovorum, recens parati, uncia semis.

Fiat secundum artem Unguentum.

UNGUENTUM ANODYNUM.

R. Florum recentium Chamomillæ, libras duas.

Malvæ,

Meliloti,

Verbasci,

Foliorum recentium Anethi, Hyoscyami,

ana unciam semis.

UN.

Radicum Althææ recentium, uncias duas.

Seminis Fœnu Græci, Lini, ana drachmas tres.

Herbæ, radices ac semina probè contusa unâ cum floribus macerentur in

Vini Rhenani, librâ semis, Olei Cheirini, librâ unâ.

Liliorum alborum, librâ semis.

Amygdalarum, unciam unâ.

diem & noctem, postea leni igne coquantur ad humiditatis omnis consumtionem, Colaturaæ colliqua

Ceræ flavæ recentis, uncias quantuor, aut quantum sufficit.

Fiat sic lege artis unguentum.

UNGUENTUM APOSTOLORUM.

R. Gummi aceto depuratorum, Ammoniaci,

Galbani,

Opopanacis, ana drachmas duas.

Radicum Aristolochiæ longæ, Bdellii,

Myrrhæ rubræ,

Thuris masculi, ana drachmam unam semis.

Æruginis, drachmas duas cum semisse.

Lithargyrii, drachmas quinque.

Ceræ flavæ,

Resinæ Pini,

Terebinthinæ claræ, ana uncias duas.

Olei communis, libram unam.

Lithargyrium subtilissimè tritum, cum oleo, leni igne coquatur, donec aliquatenus uniantur, tum Cera cum Resinâ liquefacta

UN.

facta & per linteum colata iis misceantur, mixtis & ab igne remotis atque paululum refrigeratis, Ammoniacum, Galbanum & Opopanax, Terebinthinæ colliquata, paulatim addantur, demùm & pulveres reliqui subtilissimè triti inspergantur, ac probè cum prioribus subacti, exactè misceantur, pro unguento justæ consistentiæ, quod à numero ingredientium, oleo excepto, duodenario, Apostolorum, satis inepte vulgo dictum.

○ UNGUENTUM AREGON.

Qui illud minus usitatum parare voluerit, Pharmacopœam Dominorum Augustanorum renovatam pag. 235. aut novissimè editam p. 210. consulat.

○ UNGUENTUM DE ARTHANITA.

R. Succi radicum Cyclaminis, Arthanitæ alias dictarum, libras tres.

Olei Irini, libras duas.

Butyri recentis, non saliti,

Cucumeris Agrestis, ana libram unam.

Radicum Polypodii querni, uncias sex.

Pulpæ Colocynthidis, uncias quatuor.

Tundenda tundantur in pulverem tenuissimum, postea in oleo ac succo mace- rentur, loco calido in vase vitro probè obturato oculiduum, tum leni igne bulliant, ad aquositatis usque consumtionem, exprimantur & colentur. In colaturâ fervente liqua ac misce Ceræ flavæ, uncias quinque.

Quibus adhuc tepentibus adde ac commisce,

Fellis taurini, ad mellis spissitudinem in balneo evaporati,

Gummi Sagapeni, aceto depurati, ac rursus inspissati, ana unciam unam.

UN.

Tandem pulverem sequentem, subtilissimè tritum, paulatim in sperge ac probè subige.

R. Aloës Epaticæ, Baccarum Mezerei, Colocynthidis, Scammonii, Turbith gummosi, ana unciam unam.

Euphorpii, drachmas septem.

Salis gemmæ, unciam semis.

Florum Chamomillæ,

Myrrhæ,

Piperis longi,

Zingiberis, ana drachmas tres.

Fiat ex arte Unguentum.

○ UNGUENTUM AUREUM.

R. Olei communis, libras duas semis.

Ceræ citrinæ, libram semis.

Terebinthinæ, uncias duas.

Colophoniæ,

Resinæ pini, ana unciam semis.

Masticæ,

Thuris electi, ana unciam unam.

Croci optimi, drachmam unam.

Oleo Ceram, Therebinthinam, Colophonium ac Resinam colliqua, deferventibus adde pulveres subtilissimè tritos Masticæ ac Thuris, sub finem Crocum insperge ac omnibus exactè juxta artem mixtis, fac Unguentum debitæ consistentiæ.

○ UNGUENTUM BASILLIUM.

R. Ceræ flavæ, uncias duas.

Croci, scrupulos duos.

Masticæ,

Myrrhæ,

Picis navalis,

Sevi vaccini,

Thuris, ana drachmas duas.

Resi-

UN.

Resinæ pini,
Terebinthinæ claræ, ana unciam
semis.
Olei communis, uncias tres.

Thus, Myrrha, Mastiche & Crocus pulveri-
fata subtilissimè, cæteris ex arte liquatis,
paulatim inspergantur ac exactè miscean-
tur, ut fiat unguentum.

UNGUENTUM CARMINA-
TIVUM.

R. Baccarum Lauri, unciam semis.
Florum recentium Chamomillæ,
manipulos
duos.

Meliloti,
Summitatum recentium
Abrotani,
Hederæ terre-
stris,
Menthæ crispæ
Tanaceti, ana
manipulum
unum.

Seminis Cumini,
Levisticæ, ana drachmas
duas.

Contusa & conquassata omnia in-
fundantur in

Olei Chamomelini, librâ unâ.

Anethi,
Rutæ, ana unciâ semis.

Adipis porcini, recentis, librâ
unâ.

Macerentur dies quatuordecim,
dein leniter ebulliant ad humidi-
tatis consumtionem, colaturæ ex-
pressæ adde,

Ceræ citrinæ, uncias duas.
Styracis liquidæ, drachmas sex.
Olei stillatitii Anisi,

UN.

Olei stillatitii Carvi,
Menthæ, ana dra-
chmam unam.
Misce lege artis pro Unguento.

UNGUENTUM CITRINUM.

Non à colore, sed à Citri corticibus ac
succo, præcipuo ejus ingrediente, sic di-
ctum sequenti ratione componitur,

R. Amianthi præparati, unciam u-
nam.

Amyli,
Crystalli præparatæ,
Dentalorum præparatorum,
Entalorum præparatorum,
Nitri Crystallini,
Thuris electi,
Tragacanthi albissimi,
Umbilici marini præparati, ana
drachmas tres.
Alabastri candidissimi subtilissi-
mè triti,
Boracis Venetæ, ana drachmas
duas.

Camphoræ, drachmam unam.
Coralliorum alborum, unciam
semis.

Gersæ serpentariæ, unciam
unam.

Cerussæ subtilissimè tritæ, uncias
sex.

Pinguedinis Porci castrati, re-
centis ac mundæ, libram unam
semis.

Sevi Hircini recentis, unciam u-
nam semis.

Adipis Gallinæ, recens eliqua-
tæ, unciam unam.

Pinguedini Porcinæ & Gallinaceæ colli-
quatæ, pomorum Citriorum, aut Limo-
num potius, succulentorum, in frusta mi-
nora dissectorum impone, numero tria, bul-
liant

UN.
liant igne leni donec Limonum succus, coquendo in vaporem resolutus, maximam partem exhalaverit, quo facto, exemptis illorum, frustulis ac pinguedine adhuc aliquatenus fervente, corticum aliquam partem, libram, forte dimidiam, in frustula sectorum ei committe, inque ea per mensem in loco tepido macera, postea & hos exime, ac addito atque colliquato igne lenissimo sevo hircino, pulveres reliquos subtilissime tritos paulatim insperge, ac exquisitissime subigendo misce, tandem & Camphoram spiritu rosarum solutam junge, sic que ex arte unguentum para.

UNGUENTUM CLYSMATICUM.

R. Radicum Althææ recentium,
Liliorum alborum, ana
uncias quatuor.

Herbarum Bismalvæ,
Brancae Ursinæ,
Malvæ,
Mercurialis,
Parietariae,
Violariæ, ana mani-
pulos quatuor.

Florum Chamomillæ,
Meliloti, ana manipu-
los tres.

Conquassata omnia cum Butyri
recentis, libris quinque.

Optime pistentur, sicque per mensem
loco tepido macerentur, tandem ebulliant
leniter, exprimantur colentur.

UNGUENTUM COMITISSÆ.

R. Corticum mediorum Castanea-
rum,
Glandium,
Quercuum
juniorum,

Acinorum uvarum,
Baccarum Myrti,
Balaustiorum,

UN.
Corticum fabarum,
Cupellarum glandium Querna-
rum,
Equiseti,
Foliorum Capparis,
Plantaginis,
Pruni Sylvestris,
Gallarum,
Mespilorum siccatorum,
Radicum Bistortæ,
Tormentillæ,
Sorborum immaturorum, ana
uncias duas.

Contusa & conquassata coquantur suffi-
cienti aquæ quantitate, libris circiter sex,
ad consumtionem usque medietatis. Co-
latura expressæ adde Olei Myrtillorum li-
bras duas, cum illo coque ad consumtio-
nem omnis humiditatis, cui tum adde

Olei Mastichini, libram unam
semis.

Cera recentis, uncias decem.

Quibus ita colliquatis insperge paulatim
pulverem subtilissimum

Corticum mediorum Castanea-
rum,
Glandium,
Quercus,

Acinorum uvarum immatura-
rum,
Baccarum Myrti,
Boli Armenæ,
Nucis Moschatæ,
Sanguinis Draconis,
Sorborum immaturorum, siccata-
torum, ana unciam semis.
Trocischorum de Carabe, un-
cias duas.

Misce, fiat secundum artem Un-
guentum probæ consistentiæ.

UN-

UN.

• UNGUENTUM CONTRA CALCULUM.

R. Olei Anethini,
Chamomillæ,
Sesamini,
Scorpionum,
Violarum, ana uncias tres.
Pinguedinis Anatis,
Anseris,
Coturnicis,
Gallinæ, ana unciam
unam semis.
Ceræ, quantum sufficit.
Misce fiat ex arte unguentum.

• UNGUENTUM CONTRA RUPTURAM.

R. Butyri Majalis recentis, illoti,
nec saliti, libram unam.
Pinguedinis humanæ, uncias tres.
Taxi, uncias quatuor.

His colliquatis immergantur successivè
minutum concisa & conquassata,

Radicum recentium Bistortæ,
Tormentillæ,
ana drachmæ
sex.

Bardanæ majoris,
Penthaphylli,
Ulmariæ, ana
uncia una.
Symphyti majoris, uncia
una semis.

Herbar. recentium, Consolidæ Sa-
racenicae,
Herniariæ,
Hyperici cum
floribus,
Millefolii,
Perfoliatæ,

UN.

Plantaginis,
Pyrolæ,
Verbasci,
Vincæ pervincæ,
Foliorum recentium Hederæ ar-
boreæ,
Quercūs,
Florum Rosarum rubrarum,
Balaustiorum, ana dra-
chmæ sex.
Baccarum Myrti,
Cupularum glandium,
Nucum Cupressi, ana uncia una.
Seminis Plantaginis,
Sumach, ana uncia fe-
mis.

Macerentur, donec omnia collecta sint,
tum lento igne bulliant ad humiditatis o-
mnis consumtionem, tunc exprimantur
fortiter, tandemque admisce, pulveris sub-
tilissimi.

Olibani,
Sanguinis Draconis, ana unciam
unam.

Misce pro unguento debitæ consi-
stentia.

UNGUENTUM CONTRA SCABIEM.

R. Axungiæ Porcinæ, libras quatuor.
Baccarum Lauri, uncias quatuor.
Corticum mediorum recentium,
